

ea, quae per homines fieri possunt, subdantur gubernationi hominis: ita et omnia, quae per Deum fieri possunt, subdantur gubernationi divinae: talia autem sunt omnia, etiam necessaria, quae in rebus creatis inventiuntur: ergo omnia legi aeternae subiecta sunt. Hinc Psal. 148. ver. 5. & 6. de Angelis, & peccatoribus etiam de Sole, Luna, & Stellis, quae reserantur, & peccantur etiam de stellis, quae reserantur, & peccantur. Legimus: *ipse dicitur: & in saecula saeculorum, & creaturae sunt. & non praesentibus. Quibus conformiter Prov. 8. art. 27. Sapientia aeterna dicitur: Quando preparabas Caelum, aderam. Quando creabatur orbis, & terra, & abyssi: Quando circumdabatur montes terminum suum, & legem ponebat aquis, ut transirent fines suas... cum eo erant cupressi componens. Ubi per legem intelligitur inclinatio naturalis, vel instinctus ab aeterna lege derivatus, & rebus illis impressus.*

XIX. Sed dices: Res necessariae aliter se habere non possunt: ergo non egent lege, qua dirigantur, seu cohibitione, qua frenentur.

Respondeo cum S. Thom. hoc art. 4. ad 4. *Quod sicut Philosophus dicit in 5. Metaph. 6. Quaedam necessaria habent causam suam necessitatis: Et sic hoc ipsum, quod impossibile est, ea aliter se habere, habent ab alio. Et hoc ipsum est cohibere quaedam essentialia. Quasi dicitur: hoc ipsum, quod est aliter non posse se habere, habent ab aeterna lege, cui ita subiectantur, ut iuxta naturam suam conditionem libenter, & eodem modo semper se habeant, vel quoad suum esse, vel quoad suum operari: licet iuxta Dei potentiam possent accipere varietatem, si ipse vellet. Uno verbo (inquit D. Thom. 1. par. qu. 103. art. 5.) Sicut nihil potest esse, quod non sit a Deo creatum: ita nihil potest esse, quod eius gubernationi non subiacet.*

XX. Quaesitum: An aeterna essentia rebus legi aeternae subdantur. Respondeo affirmative. Nam quod humane naturae convenit esse rationale, ex divina sapientia, & ordinatione est dispositum. Et quae etiam procedit, quod ille essentia ponatur extra sua causas, seu producatur ubi, quando, & quo modo voluerit.

XXI. Dico secundum Contingentia naturalia, quosdam sunt motus, & actiones reum irrationalium, sive animalium, sive inanimatarum, & ipse reus irrationales, legi aeternae subdantur. Ita D. Thom. hic art. 5. dicens: *Omnes motus, & actiones reus naturae legi aeternae subdantur. Et Div. August. lib. 19. de Civit. Dei cap. 12. Nullo modo (inquit) inde aliquid legitur illis. Creatoris, ordinantisque subiacent, a quo ipsa universitatis administratur. Item lib. 83. Quaesit. qu. 27. ait: *Lex ipsa incommutabilis manet, & omnia mutabilia pulcherrima gubernatione moderatur. Quibus Scriptura consonat: Psal. 148. ver. 8. Igais, quando, nix, glacies, spiritus procellarum, & quae factus verbum eius. Math. 8. ver. 27. Venit, & mare obedivit ei. Job 29. ver. 26. Quando ponebat pluviam legem. Et cap. 38. ver. 11. Deus dicit mari: Uspice huc venies, & non praecedes impetum, & hic constringes caput eius. Ita quaedam admodum transferebantur verba modo locutionis, quae gratia appellatur. Metaphora, ab animalibus, sicut dicitur imperatoris, vel iterum magis: Ita & hic transitum est a rationali ad irrationale? Nam potius inde credendum est iussu iustitiae, quam tali flagitio contumacia, indignam respectus facti memoriam.**

XXII. Ratio autem eadem est, ac superior. Quaecumque enim subdantur gubernationi divinae, subdantur etiam legi aeternae: sed omnia naturalia contingentia, omnes motus, & actiones creaturae irrationales, sive animatae, sive inanimatae subdantur gubernationi divinae; ergo, etiam subdantur legi aeternae.

XXIII. Constat autem, in tantum homines legem imponere nequeunt irrationabilibus, etiam haec eis inferantur, ac subdantur, quia homines solum precipere possunt media denunciantia, cuius irrationabilia incapacia sunt; non autem principia activum eis imprimendo: sed Deus imprimi toti naturae principia propriorum actuum; ergo hoc modo praecipit toti naturae iuxta illud Psal. 148. ver. 6. *Praeceptum posuit, & non praescribit.*

XXIV. Dices primo: Creaturae irrationales nullo modo sunt capaces legis, ut est apud August. qu. 24. in Levitic. Tam quia lex debet intinari eis, quibus datur, ut illam praecipiant, & exequantur: creaturae autem irrationales non potest haec intinatio fieri, cum non sit capaces percipere legem. Tum quia de natura legis est, inducere obligationem moralem: huius autem creatura irrationales capax non est.

XXV. Respondeo; legem aeternam omnia creata sibi subdicere, non tamen eodem modo, sed iuxta cubi quae naturam, & capacitatem. Alio enim modo subdant sibi, rationalia capacia intellectus, alio irrationalia. Unde (inquit D. Thom. hoc art. 5.) *Creaturae irrationales subdantur legi aeternae, in quantum moventur a Divina providentia, non autem per intellectum divini precepti, sicut creaturae rationales. Augustinus autem ibi loquitur de lege positiva divina, cuius irrationalia non sunt capacia, quia incapacia delicti, & poenae, nisi per metaphoram: non tamen loquitur de lege aeterna, cuius omnia suo modo capacia sunt.*

XXVI. Quaesitum: An aeterna probat, dicitur, legem aeternam creaturis irrationabilibus imprimi, & intinari sui modo, ut patet per impressionem principii activi, quae hoc modo se habet ad res naturales, sicut se habet promulgatio legis quantum ad homines: quia per legem promulgationem imprimitur hominibus quaedam divinum principium humanorum actuum. Ita S. Doct. hoc art. 5. ad 1. Itaque Deus dicitur tunc eis legem aeternam imprimere, ac intinari: quando in eis ponit facultates operativas, quarum quilibet ad propriam operationem ordinatur: illae autem tunc dicuntur legem aeternam percipere, quando illas facultates recipiunt; & tunc Deum audire, vel Deo obedire, quando secundum eas operantur. Unde Hieronymus ad illa verba: *Imperavit, & mari; Math. 8. ver. 26. Ex hoc loco (inquit) intelligimus, quod omnes creaturae sentiant Creatorem. Quae interpretatur, & quibus imperavit, sentiant im-*

perantem: non error, hereticorum, qui omnia parate animantia, sed majestate Conditoris. Quae apud nos insensibilia, illi sensibilia sunt.

Non obest, quod 1. Erh. cap. ultimo dicitur: *Et, quae dicitur naturae, participat aliquantulum rationem.* Nam, ut ait D. Thom. laudatus ad 2. *Creaturae irrationales non participant ratione humana, nec ei obediunt; participante tamen per modum obedientiae ratione divina. Ad plura enim se extendit virtus rationis divinae, quam virtus rationis humanae. Et sicut membra corporis humani moventur ad imperium rationis; non tamen participant ratione, quia non habent aliquam apprehensionem ordinem ad rationem: ita etiam creaturae irrationales moventur a Deo, non tamen propter hoc sunt rationales. Apertissimum sane exemplum!*

XXVII. Hinc ad secundam probat, ex jam dictis respondeo, legem aeternam inducere obligationem, proportionaliter tamen ad naturam, cui intinatur. seu imprimitur; nempe, vel morale, si intinatur naturae rationali capax praecipit proprie dicti: vel naturalem, dum imprimitur naturae irrationali, non ratione, sed natura sequenti praefata legis ordinationem.

XXVIII. Dices secundo: Lex aeterna est efficacissima: sed creatura irrationales interdum deficient in suis effectibus, quomodo aliquid saepe accidit deficientibus, & monstruosis; & aqua saepe ascendit sursum, quae tamen ordinata est ad descensum deorsum: ergo non subdunt legi aeternae.

XXIX. Respondeo cum S. Thom. hic ad 3. neg. conf. *Nam defectus, qui accidit in rebus naturalibus, quantumvis sint praeter ordinem causarum particularium, non tamen sunt praeter ordinem causarum universalium. & praeterea causa prima, quae Deus est, cuius providentiam nihil subesse potest. Et quia lex aeterna est ratio divina providentiae, ut dicitur est; ideo defectus, verum naturalem legi aeternae subdantur. Unde etiam aqua dum ascendit sursum, sequitur ordinem legis aeternae: quia statutum est quidem, ut naturaliter aqua descendat, nisi nullum aliquid impedimentum: sed statutum est etiam, quod si aliqua causa oppositum exigat, aqua, vel flet, vel etiam ascendat.*

XXX. Dices tertio: Ea solum legi subdantur, quae praemii, vel poenae capacia sunt: sed creaturae irrationales, ut patet, cognitionis, & libertatis expertes, nec praemii, nec poenae dignae sunt; ergo &c.

XXXI. Respondeo, neg. maj. loquendo de lege aeterna: quae cum omnia creata sibi subdant, & regat, & etiam rationis, & libertatis expertia, seu directione non morali solum, sed etiam naturali; non potest, ut omnia sibi subiecta digna sint praemio, vel poena. Veritatem est, quod si homo abstinere brutis, factaque ea infervere iniquitati, aliquando poena homini inflicta extenditur ad bruta. Unde Levit. 20. ver. 16. legitur: *Mullus, qui faciebat, castro jumento, simul interficeretur cum eo; fangis eorum sic super eum. Super quo August. Qu. 7. in Levit. Quartus (inquit) quomodo sit vnum peccat, cum sit irrationale, nec ullo modo legi capax. Ita quaedam admodum transferebantur verba modo locutionis, quae gratia appellatur. Metaphora, ab animalibus, sicut dicitur imperatoris, vel iterum magis: Ita & hic transitum est a rationali ad irrationale? Nam potius inde credendum est iussu iustitiae, quam tali flagitio contumacia, indignam respectus facti memoriam.*

§. IV.

De Creaturis Rationalibus.

XXXII. CUM duplici modo creatura subdantur legi aeternae, vel inquantum participat eam per modum cognitionis, & passionis, quo pacto eam participat irrationalia: certum est, hominem, cuiusque actiones utroque modo legi aeternae subdantur. Quia, & in homine non minus, quam in irrationabilibus est inclinatio naturalis ad id, quod est consonum legi aeternae; & insuper in eo est modus proprius participandi eam modo rationali, id est, per cognitionem. Porro uterque iste modus imperfectus est, & quodammodo corruptus in malis, in quibus & inclinatio naturalis ad virtutem depravatur per habitum vitiosum, & iterum ipsa naturalis cognitio boni in eis obtenebratur per passionem, & habitum peccatorum: uterque autem invenitur perfectior in bonis, quia & supra naturalem cognitionem boni superadditur eis cognitio fidei, & sapientiae: & supra naturalem inclinationem ad bonum, superadditur eis interior motus gratiae, & virtutis. Haec D. Thom. hac qu. 93. art. 6. Cohærenter ergo ad ea.

XXXIII. Dico quarto: Legi aeternae subdantur omnes homines, tam boni, quam mali, & reprobi: boni tamen perfecte, mali vero solum imperfecte. Assertio quoad omnes partes ex dictis apparet. Prima quidem: Nam tam in bonis, quam in malis est participatio legis aeternae, tam secundum cognitionem, quam secundum naturalem inclinationem. Rursus, tam boni, quam mali divina subdant inclinationem. Rursus, legi aeternae. Quare D. August. lib. 5. de Civit. Dei cap. 9. de rebus (inquit, nempe Dei) voluntate summa potestas est, quae creaturam spirituum voluntate bonas induit, malas judicatis, omnes voluit. Unde qui peccando a lege Dei praecipiente recedit, incidit in legem Dei iudicantis, atque punientem. Hinc idem S. Doct. lib. de Spiritu & litter. cap. 23. ait: *Indepet quidem contra voluntatem Dei factus; cum eius Evangelia non credunt: ut ideo tamen eum vincunt, utrum scilicet fraudant magis, & summo bono, nullisque peccabilibus implicent: experient in supplicio potestatem eius, usque in deum miserrimum divina contempserunt: ita voluntas Dei semper invicta est.*

Secunda etiam pars ex dictis apparet. Nam boni supra cog-

De Lege Naturali.

Inter leges, quae, ut dictum est, omnes sunt participationes legis aeternae, prima, quae legem aeternam ad creaturam rationalem quasi deserit, ac manifestat, est lex naturalis. Propterea D. Thom. quaestioni de lege aeterna immediate fecedere facit quaestione 94. de lege naturali. Cujus vestigia & nos sequentibus Dubiis pretemus.

DUBIUM I.

An sit, & a quo sit Lex Naturalis?

§. I.

Lex Naturalis Existens.

I. Ceteri nomen juris, seu legis naturalis videntur differere a Theologis Juristae. Nam hi distinguuntur supra in naturali, & gentium, dicunt; jus naturale esse illud, quod est homini commune cum brutis; ut conjunctio maris, & feminæ, liberorum procreatio, & educatio. Jus gentium vocant, quod solis hominibus inter se esse commune; ut Religio erga Deum, obsequium erga patriam, & parentes. Et hoc iure dicunt introduci esse belli, servitutem, divisiones agrorum, & contractus; ut videre est ff. de iustitia, & iure lib. 1. sequent. & Instituti. de iure naturali, gentium, & Civilis §. 1. Et. Hinc videtur sequi omnia præcepta Decalogi ad jus gentium pertinere, non ad naturale: non enim communi iure hominis cum brutis, sed solis hominibus inquit se communita. Theologi vero jus naturale vocant, quod est instinctu naturae rationalis omnibus hominibus commune est inter se. Et in hoc sensu distinguitur etiam a iure gentium, & sumitur a nobis in praesenti.

II. Dari ergo legem naturalem, seu legem instam in nobis a natura quatenus rationali, a nemine rationis compositi negari potest: Nam insuper tradit Apollonius Rom. 2. ver. 14. & 15. dicens: *Cum enim Gentem, quae legem non habent, naturaliter, ea quae legi sunt, faciunt, eorumque legem non habent, ipsi sibi sunt lex: Qui ostendunt opera legis scriptam in cordibus suis, testimonium reddente illi conscientiae ipsorum, & inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus. Quibus legem naturalem in cordibus scriptam ostendem, & dicantem, quid fieri agendum, vel non agendum apte describit, iuxta illud Psal. 4. ver. 6. Multi dixerunt: Quis ostendit nobis bona? Statimque respondet Propheta ver. 7. Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.*

III. Legem naturalem fuisse est S. Angul. lib. 2. Confess. cap. 4. dicens: *Furtum certe fuit lex tua, Domine, & lex scripta in cordibus hominum, quam ne ipsa quidem detest iniquitas. Item in Psal. 57. nu. 1. Manu (inquit) formatoris nostri in ipsis cordibus nostris veritas scripta: Quod tibi non vis fieri, ne facias alteri. Haec & antequam lex daretur nemo ignorare permixtus est. Et Serm. 25. in Psal. 118. exponens textum Pauli supra allatum: Quis (inquit) ista est lex, nisi forte illa, de qua idem dicit Apollonius: Gentem, quae legem non habent, naturaliter quae legi sunt, faciunt. Nihil enim est, quod facit, aut iniquitatem, nisi qui fieri vult sibi: & in hoc transgrediatur naturam legem, quam non sciat ignorare, dum id, quod facit, non vult pati. Quam veritatem confirmat Ambrosius lib. 9. Epist. 71. ubi ad precitata Apostoli verba addit: *Et igitur lex non scribitur, sed innascitur, nec aliqua percipitur laesione, sed profusio quaedam naturae fontis in singulis exprimitur, & humanis ingenii hauritur.**

IV. Id quoque minister Ratio. Nam non minori cura debuit provideri homini inter omnes creaturas praesentissimum, quam ceteris creaturis provifum sit: sed ceteris creaturis rationis, ac libertatis expertibus provifum est de virtutibus, & naturalibus inclinationibus, quibus ad suos fines agerentur; ergo id potiori iure debuit homini provideri. Cum vero finis hominis naturalis sit bonum rationis; debuit ei indilumen, quo recte ad dictum finem se dirigere posset: quod aliud non erit, quam naturalis lex.

V. Rursus: Datur in homine lumen ingenium, quo prima principia rerum speculabilia possit detegere, absque ullo superadditæ scientiæ beneficio; ergo pari ratione in eo dari debet lumen ingenium; quo rerum agibillium principia queat apprehendere: hoc autem legem naturalem dicitur.

VI. Tertio tandem. Nam cum homo sit ad societatem naturalis, ab ipsa natura habere debuit, qualem in societate perfecte vivere posset: at, ut ex August. dictum est, non posset perfecte in societate vivere, nisi a natura lumen haberet, quo detegeret, non esse alteri faciendam, quod sibi nollet; ergo &c.

VII. Hanc veritatem hisce verbis egregie expressit Tullius lib. de Legibus: *Est quidem vera lex recta ratio naturae congrua, diffusa per omnes, constans, sempiterna, quae vocat ad officium, jubendo, vitando, a fraude deterreat. Haec igitur legi nec protergari fas est, neque derogari aliquid licet, nec tota abrogari potest. Nec vero per Senatum, aut per populum solvi hæc lege possumus; nec est querendus explanator, aut interpret alius. Non erit alia lex Roma, alia Athenis, alia nunc, alia posthac: sed & omnes gentes, & omni tempore una lex, & sempiterna, & immutabilis continent: uniuscujusque erit communis quasi magister, & imperator omnium Deus. His verbis legem naturalem asserti, & encomio celebrat non unus ex Ecclesie Patribus, sed Tullius errore gentilitatis detentus.*

gitionem boni habent cognitionem fidei, & sapientiae; & supra naturalem inclinationem superadditur eis motum gratiae, & virtutis. Ex quo fit, quod semper secundum legem aeternam operentur, actu nimirum, vel habitu: quomvis enim peccent venialiter eismodi tamen peccata, neque excludunt ordinem habitalem ad Deum, neque perfecte sunt contra legem aeternam; ergo boni perfecte subduntur legi aeternae. Tertia etiam pars liquet. Nam in malis, & reprobis inclinatio ad vitium per habitum vitiosum depravatur, naturalis cognitio obtenebratur per passionem: quo fit, ut imperfecte cognoscant bonum in particulari practice, & imperfecte inclinentur in illud quoad affectum, & effectum: unde a lege aeterna percipiente se subtrahunt, licet non se subtrahant ab eadem, ut permittente, & puniente.

XXXIV. Ex his soluta manet instantia, quae fieri potest. Quomodo nimirum peccator subdatur legi aeternae, si dum peccat ab ea recedit? Nam respondeo, quod dum ex una parte peccando a lege aeterna recedit, ex alia in legem aeternam incidit, &que subdatur. Lex enim aeterna est ad instar circumculi, &que propterea facti, qui est intra circumculum, dum fugit unum ejus partem, aliter parti appropinquat: ita cum peccator partem relictam a lege aeterna ab una parte fugit, in aliam partem relictam a lege aeterna appropinquat. Ita S. Doct. hoc art. 14. his verbis: *Si enim ea, quae Celi ambitu continentur, vellent non esse sub Celo, aut elongari a Celo, nullatenus possent, nisi sub Celo esse, nec fugere Cælum, nisi appropinquando Celo. Nam & unde, & quo, & quae irent, sub Celo essent: & quanto magis a qualibet parte Celi elongarentur, tanto magis opposita parti Celi appropinquarent. Ita quomvis homo, vel malus Angelus divina voluntate, & ordinationi subiacere vult, non tamen eam fugere vult, quia si vult fugere de sub voluntate jubente currit sub voluntate permittente. Et si quis quærit, quæ transit, non nisi sub voluntate permittente: & hoc ipsum quod pervolunt vult, aut agit, in universitate præfata ordinatur, & pulcherrimam summam sapientiam continet. Ita S. Anselmus, & præclare quidem.*

XXXV. Hinc S. Thom. hoc art. 6. ad 2. exponens Apollonius ver. Rom. 8. ver. 7. *Prædicitur carnis inimica est Deo: legi enim Dei subiecta non est; ait: Prædicitur carnis non potest subdici legi Dei ex parte adionis; quia inclinatur ad actiones contrarias legi divinae: subdicitur tamen legi Dei ex parte passionis; quia moratur pati bonum secundum legem divinam justitiam. Nihilominus tamen in nullo homine ita prædicitur carnis dominatur, quod totum hominem naturae corrumpatur. Et ideo remanet in homine inclinatio ad agendum ea, quae sunt legi aeternae; dicitur enim supra (qu. 87. art. 2.) quod peccatorum non tollit totum bonum naturae.*

XXXVI. Dices contra primam partem. Div. August. lib. 1. de lib. arb. cap. 6. dicit: *lex aeterna est, quae mali miseriam, boni vitam beatam merentur: sed homines vel jam damnati, vel jam beatum non sunt in statu merendi; ergo non subdunt legi aeternae.*

XXXVII. Respondeo S. Thom. hoc art. 6. citato ad 3. nego conf. *Nam idem est, per quod aliquid conservatur in fine, & per quod movetur ad finem: sicut corpus gravitate quiescit in loco inferiori, per quam etiam ad locum ipsum movetur. Et sic dicendum est, quod sicut secundum legem aeternam aliquid meretur beatitudinem vel miseriam: ita per eandem legem in beatitudine, vel miseria conservantur. Et secundum hoc Beati, & Damnati subdant legi aeternae. Ubi dicit S. Doct. quod secundum legem aeternam morantur. Et, non quia lex aeterna est causa proxima meriti, vel demeriti; hæc enim est voluntas: sed quia per legem aeternam ordinatur, ut qui bene agunt, mereantur vitam aeternam, qui vero male, aut tamen miseriam. Qui aeternae legis ordo etiam in inferno servabitur. Quamvis enim Job 10. ver. 22. dicit, quod ibi erit nullus ordo, nempe, dignitatis, quam miseri in hoc Mundo habuerunt; nullus item ordo luminis post tenebras, refrigerii post poenitentiam: erit tamen ordo aeternae legis, ut Damnati ita ei subdantur, ut velint, nolint, pariantur plus, aut minus, secundum eorum demerita: & sic iustitiae ordo servetur.*

XXXVIII. Dices contra secundam partem. Galat. 5. ver. 18. dicit Paulus: *Si Spiritus ducimini, non estis sub lege: sed eodem Paulo teste, Roman. 8. ver. 14. Quicumque Spiritus Dei agitur, et iust filii Dei; ergo filii Dei, nempe, iusti non sunt sub lege aeterna.*

XXXIX. Respondeo cum D. Thom. hoc art. 6. ad 1. diff. conf. *Non sunt sub lege per timorem, sed sicut ille, qui natus obligationem legis, subditur ei quasi cuidam pondus, conc. conf. Per amorem, sicut filius voluntarie subditur patri, nego conf. Unde August. Lib. de Natura, & Grat. cap. 58. ait: *Sub lege est enim qui timore supplicii, quod lex minatur, non amore justitiae, se fontis affinitate de opere peccati nondum liber, nec alienus a voluntate peccandi. Ergo si Spiritus ducimini, non estis sub lege: atque legi, quae timorem incutit, non tribuit civitatem: quae civitas Dei diffusa est in cordibus nostris, non per legis litteram, sed per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Haec est lex libertatis, non servitutis, quia charitatis utique, non timoris. Ita Augustinus. Unde S. Thom. subdit: *Et hoc modo Spirituales viri non sunt sub lege, quia per charitatem, quam Spiritus Sanctus cordibus eorum infundit, voluntatis id, quod legis est, implent, Aliam responsonem tradit ibi S. Doctor a Studiofio videndam.***

S. II.

Legis Naturalis Auctor.

VIII. Dico. Legis naturae Legislator, & Auctor Deus est. Ipse enim condens naturam rationalem, legem hanc in cordibus scripsit, & hoc lumine eam signavit; & hanc factus fuit omnium hominum magister, & Imperator, ut ex dictis §. precedente, sive Scripturae, sive Patrum, sive ipsius Tullii, colligi potest.

IX. Ratio autem in promptu est. Primo. Quia lex naturalis est vera lex, ergo habet ea, quae sunt de ratione legis; atque de ratione legis est, ut sit imperium alicujus Superioris; ergo lex naturalis est imperium alicujus Superioris; sed non potest esse imperium alicujus Superioris, nisi sit imperium Dei, qui solus ad totam naturam rationalem Superior est; ergo &c.

X. Confirmatur. S. August. lib. 2. de peccat. Merit. cap. 16. expresse docet, Deum prohibere omne omnino peccatum, alias non esset peccatum, si Deus non prohiberet. Verba ejus sunt: *Neque peccatum erit, si quid erit, si non divinitus jubatur, ut non sit.* Et infra: *Quomodo non veniat per Dei justitiam, si peccatum est? Huc etiam pertinet, quod lib. 22. contra Iovinianum, cap. 27. generaliter definitur peccatum ait: Peccatum est factum, vel dictum, vel concupiscentia contra legem aeternam; ergo peccatum etiam contra legem naturalem est contra legem Dei aeternam, cujus participationem diximus esse.*

XI. Secunda ratio est. Sola propositio objecti in mente exilens non est vera lex; etiam obiectum, utpote necessarium connexum cum fine ultimo, debeat expectari, vel ut ipsi necessarii contrarium debeat rejici; ergo requiritur auctoritas alicujus Superioris prius precipiens, & posterior prohibens. Ant. prob. Tum quia natura legis est, ut sit ordinatio rationis per aliquem Superiorem facta. Tum quia aliqui sequuntur, Deum habere legem naturalem respectu suae voluntatis, & eorum, quae ipse est facturus, vel omittendus; in ipso enim: seu in eius mente est ratio, & propositio dictans; quod servare promissi rectum sit, ac necessarium: malum autem necessario esse mentiri, aut fallere.

XII. Dices tamen primo. Lex naturalis a positiva distinguitur, quod non est a Deo posita: sed si Deum haberet auctorem, esset a Deo posita; ergo &c.

XIII. Confirm. Si lex naturalis esset a Deo, vel esset a Deo libera, vel necessario: sed non libera, quia cum obiectum legis naturalis sit ex natura, vel bonum, vel malum, non est in libertate Dei illud prohibere si bonum, vel precipere si malum. Nec necessario; quia in omnibus, quae sunt extra Deum, voluntas divina libera est.

XIV. Respondeo. Legem naturalem in hoc a positiva distinguo, quod non sit posita praeterposito exteriori fido: non tamen, quod a Deo non sit ea generali ratione, qua omnis lex debet a Deo esse lata, vel impressa, & qua omnis lex a lege aeterna suo modo derivari debet.

XV. Ad Confirm. dico, legem naturalem esse a Deo liberam, absolute loquendo; quia libera producit creaturam rationalem, quam potest non producere: esse tamen a Deo necessarium, ut suppositione, quod eam produxerit, eique rationis usum dederit. Hoc enim posito, non potest non velle dare ipsi lumen rectae rationis; neque potest velle, quod non teneatur illud sequi; & hoc necessitate orta a sua justitia. Ut enim ait D. Thom. infra qu. 100. art. 8. ad 2. *Sicut Apostolus dicit 2. ad Tim. 2. ver. 13. Deus fidelis permanet, negare seipsum non potest: Negare autem seipsum, si ordinem suae justitiae auferret, cum ipse sit sua justitia. Et ideo, in hoc dispensare non potest, ut homini liceat non ordinare se habere ad Deum, vel non subdi ordini justitiae ejus.* Sicut ergo licet Deus sit liber in promittendo; supposito tamen, quod promiserit, necessitatur a sua fidelitate, ut impleat, quod promissit: ita est sit liber ad dandum homini usum rationis; supposito tamen, quod dederit, necessitatur a sua justitia dare ipsi legem, qua secundum rationem vivat.

XVI. Dices secundo. Ea, quae pertinent ad legem naturalem, sunt intrinseca, & natura sua, vel bona, vel mala: & ideo lex naturalis ea vel precipit, vel prohibet: ergo nullo eget Legislatore.

XVII. Confirm. Nulla posita Dei voluntate, & legislatione stuprum, adulterium, & alia hujusmodi intrinseca mala essent peccata, atque adeo contra legem naturalem: ergo lex naturalis non petit, ut sic a Deo.

XVIII. Respondeo, dist. conf. Legislatore ferente legem positivam, & temporalem, conc. conf. Legislatore naturali, & lege aeterna, neg. conf. Ut enim docet Div. Thom. hac 1. 2. qu. 71. art. 6. ad 4. *Cum dicitur, quod non omne peccatum idem est malum, quia est prohibendum, intelligitur de prohibitione facta per jus positivum. Si autem refragatur ad jus naturale, quod continentur primo quidem in lege aeterna, secundum vero in iudicio rationis humanae; tunc omne peccatum est malum, quia prohibendum. Ex hoc enim ipso, quod est inordinatum, iuri naturali repugnat.*

XIX. Ad Confirm. dico, quod sicut impossibile est, stuprum, adulterium &c. esse bona: ita impossibile est, quod Deus per legem naturae ea non prohibeat. Si vero per impossibile poneretur, quod ea non prohiberet; ex eo impossibile sequeretur aliud impossibile: nempe, ea esse peccata, & non esse peccata, esse offensiva divinae majestatis, & non esse ejusdem offensiva. Esse peccata, & offensiva, quoniam ex natura sua talia sunt: non esse autem peccata, & offensiva, quia non essent contra ullam legem divinam, ea prohibentem.

XX. Quaes. : quando Deus legem naturae homini imprimit: Respondeo, tunc Deum unicuique illam imprimere, quando infundit animam rationalem. Tunc enim signat super nos lumen vultus sui, de quo Psal. 4. dicitur. Hoc est: dat nobis lumen rationis a vultu suo derivatum, & dependens; quo possimus ea, quae naturalis ratio dicit esse bona, vel mala, naturaliter cognoscere. Et hinc veritas, quod dici solet, legem naturae esse simul cum natura inditam, & impressam.

DUBIUM II.

In quo formaliter Lex Naturalis consistat.

S. I.

Aligua Praeceptum.

I. Noto primo. Quod esto haec tria, lex naturalis synderesis, & conscientia interdum pro eodem usurpantur; maxime tamen invicem discrepant. Nam lex naturalis est ipsa divina voluntatis ordinatio nobis a Deo impressa, quatenus est auctor, & rector naturae. Synderesis est ipsum lumen naturale intellectus, quo divina illam ordinationem novimus: conscientia vero est iudicium practicum intellectus, quo illam in particulari applicamus, seu quo iudicamus, quid hic, & nunc secundum legem naturalem sit agendum. Hinc alie oriuntur differentiae. Nam synderesis versatur circa prima, & generalia principia practica, & agibilia, & proinde sine ullo discurtu: ideoque illi nullus potest subesse error, nulla dubitatio, obliivio, opinio, ignorantia, inadvertentia. Nullus enim potest, aut potuit unquam negare, dubitare, obliivisci, ignorare in genere malum esse fugiendum, bonum vero amplectendum. Conscientia vero non nisi pravata illusionem ex generalibus principijs inferit iudicia practica: ideoque subiecti dubitationi, obliivioni, opinioni, errori &c. Unde provenit tanta varietas, tamque multiplex conscientiae diversitas, & divisio in rectam, erroneam, dubiam &c. de quibus superius actum est: quod non solum contingit pro diversitate hominum, sed etiam pro diversitate temporis respectu eisdem hominum. Idem enim homo pro diversis motibus, & temporibus in diversa iudicia dissolvitur: dum saepe nobis dupliciter quod placere, & saepe placet quod fuerat odiosum. Lex vero naturalis apud omnes profusa naturae, & quavis tempore eadem semper dicitur, semper sibi constat, & sibi conformis est, nisi aliunde impediatur.

II. Noto secundo: naturam rationalem spectari posse dupliciter. Uno modo secundum se, & quatenus est sua essentia quaedam sunt illi convenientia; & quaedam disconvenientia, & alio vero modo, ut habet vim iudicandi mediante rationis lumine de his, quae sibi conveniunt, vel disconveniunt. Et hoc modo bifariam potest considerari. Vel quatenus solum iudicat, & ostendit quid sit agendum, quidve omittendum: vel ut habet adiunctum divinum praecipuum, obligans hominem ad exequendum id, quod nativa lex ipsi indicat, & demonstrat: ita ut haec lex non solum illativa sit, & ostensiva, sed etiam obligativa, & praecipiva.

III. Quia vero hic locutus sumus de lege naturali, non secundum quod est in precipiente ea, quae per rationem naturalem cognoscimus esse agenda; vel prohibente ea, quae eadem ratione naturali cognoscimus esse illicita, & non agenda: sed secundum quod eadem ab aeterna differt, sicut participans a participato; & dicitur Psal. 4. lumen vultus Dei signatum super nos, & ab Augustino lex scripta in cordibus nostris: ideo quatenus in quo constituenda sit.

IV. In hoc discorde invenio Doctores. Quidam enim legem naturalem dicunt consistere in natura rationali actionum se: quae talis est, ut ratione sua essentia, alique actiones sint illi moraliter convenientes, aliae disconvenientes. Quidam eam collocant in ipso lumine intellectuali, ut est vis discernendi inter turpia, & honesta moraliter: & hi legem naturalem non in actu collocant, sed in habitu. Alii vero legem naturalem collocant non in habitu, sed in actu: sed hi etiam invicem discordant. Nam aliqui eam ponunt in dictamine rationis indicante, & ostendente, quod consentaneum rationi sit, quidve dissentaneum. Alia autem volunt legem naturalem ulterius importare, & consistere in dictamine praecipivo, & obligativo, & esse formaliter actum imperii: nos ad ea, quae tali lege praescripta ostenduntur, obligantis. Ita Thomistae.

S. II.

Rejicit alie nostra Sententia proponitur.

V. Dico primo. Lex naturalis non consistit in natura rationali, quatenus ratione sua essentia talis est, & alique actiones sint illi convenientes, & honestae, aliae repugnantes, & indecentes.

Probatur primo. Posita natura rationali, ut secundum se respiciat aliquas actiones moraliter convenientes, vel disconvenientes, non haberet adhuc veram legem, nec proprius actus legis: cum ergo lex naturalis sit vera lex, in hoc nequit lex naturalis consistere. Ant. pro prima parte prob. Vera lex est ordinatio, & constitutio alicujus Superioris, ut iure suo aliquid decernentes, & imperantes: sed nihil horum habetur, posita natura rationali secundum se: quia ordinatio est actus intellectus practici adiunctum habens voluntatem, ut dictum est; natura autem rationalis precise sumpta nihil horum dicit; ergo &c. Pro secunda etiam parte prob. Nam actus, seu

effectus legis sunt dirigere, illuminare, obligare, & esse regulam humanarum actionum: haec autem in natura rationali immediate cadere nequeunt, cum dicantur dictamen, & imperium rationis, ante quae nulla concepti potest obligatio: ergo &c.

VI. Probatur secundo, evertendo fundamentum oppositum. Nam ideo volunt; legem naturalem consistere immediate in natura rationali; quia haec est fundamentum, & mensura legis naturalis, & honestatis ipsius; quatenus ex eo aliqua sunt honesta, & lege naturali praecipua, quae naturae rationali convenientia sunt; & ideo inhonesta, & vitia, quia eadem disconvenientia sunt; & regula honestatis, non est propterea lex: nam pax, & felicitas publica est fundamentum, & mensura legum humanarum, aut minor est fundamentum, & mensura legis faciendi elemosynam, & quidem maiorem, aut minorem; nec tamen indigentia dicitur lex faciendi elemosynam. Addo, quod si natura rationalis esset lex actuum nosorum, eo quod illam decent; sequeretur, quod pari ratione divina natura esset lex actuum divinatorum liberorum; quia pariter tales actus illam decent: hoc autem superius rejecimus; ergo &c.

VII. Dico secundo. Lex naturalis non est formaliter ipsum lumen intellectuale in actu primo, seu quatenus est vis discernendi honesta, & turpia. Probatur ex dictis. Nam omnis lex proprie dicta est ordinatio: at lumen intellectuale habitualiter sumptum non est ordinatio, sed vis discernendi; ergo &c. Tum etiam: quia Deus habet lumen intellectuale, perfectissimum, quo perfectissime cognoscit honesta, & turpia; & tamen non habet legem proprie talem.

VIII. Dico tertio. Lex naturalis sita est in dictamine intellectus practici, non praecipivo iudicantis, & ostendentis bonum, & malum; sed infuser imperantis, & obligantis. Quare lex naturalis, ut in nobis, describi potest, quod sit: *Dictamen rationis practica ab aeterna lege proveniens, quo dirigimur, & obligamur ad agendum, vel omittendum ea, quae sola naturae lux cognoscitur, esse vel praecipua, vel prohibita.*

IX. Probatur utraque pars primo. Lex naturalis, ut dictum est, est participatio legis aeternae: sed lex aeterna non solum est ostensiva boni, & mali, sed etiam praecipiva, vel prohibitiva; ergo etiam lex naturalis. Secundo. Iudicium ostensivum boni, & mali, seu eorum, quae decent, aut non decent vult naturam divinam, & contra quod operari non potest, est etiam in Deo: & tamen quia in Deo, quia non habet Superiorem se, non adest imperium obligans ab alio derivatum, in eo non est proprie lex, ergo quos actus; ergo &c. Tertio. Quia, ut omnes tam Philosophi, quam Theologi consentiunt, ratio legis non consistit solum in esse ostensivo boni, & mali; sed in esse praecipivo, & obligativo: est enim proprie dicta regula, & mensura actuum humanorum: sed iudicium iudicativum, & ostensivum boni, & mali, non potest esse talis regula, & mensura; si squidem talem bonitatem, aut malitiam supponit, & solum illam ostendit: regula autem, & mensura rectitudinem, vel obliquitatem non supponit, sed ex applicatione ad illam dignoscitur.

X. Ex his patet, nos loqui de lege naturali, ut in actu secundo denunciant, in quo essentia legis consistit, quae se habet per modum denunciationis. Quod si sumamus legem naturalem in actu primo; sic in virtute, & quodammodo habitum lex naturalis est etiam, dum quis actu principia ejus non considerat; cum semper maneat in intellectu lumen rationis, quod simul cum natura unicuique rationali creaturae Deus indidit: ex quo, si usu rationis polleat, potest formare iudicium, & dictamen de agendis, vel omittendis. Est enim tunc solum actu habens legem, quod formamus has, vel similes propositiones: *Bonum est agendum, malum est fugiendum; postquam tamen tales actus transierunt, manet in nobis lex quasi habitu, & virtute.* Unde D. Thom. hac 1. 2. qu. 94. art. 1. ait: *Et secundum hunc modum potest dici, quod lex naturalis sit habitu: sicut etiam principia indemonstrabilia in speculativo non sunt ipsi habitus principiorum, sed sunt principia, quorum est habitus.*

S. III.

Solvuntur Rationes contrariae.

XI. Obijcit primo contra primam assertionem. Sunt aliqua actiones male ex natura sua, puta odium Dei, ut nullo modo malitia earum pendat ex dictamine rationis: & aliae ex natura sua bonae, ut earum bonitas ex iudicio intellectus non dependat: immo si nullus intellectus diceret, illae essent adhuc male, istae bonae; ergo ideo male, vel bonae, quia naturae rationali disconvenientes, vel convenientes, ergo natura rationalis habet rationem legis.

XII. Confirmatur. Praecepta legis naturalis, ut bonum est faciendum, malum fugiendum, habent ex terminis necessariam connexionem; ergo sunt talia independentes a quocumque dictamine libero: Sicut quia creaturae possibiles habent necessariam connexionem cum suis principijs essentialibus, non pendunt ab ullo iudicio libero, etiam divini intellectus; ergo a simili &c.

XIII. Respondeo, dist. ant. Essent adhuc male, vel bonae in esse naturae, conc. ant., in esse moris, neg. ant. In actibus ergo natura sua malis, vel bonis duplex malitas, vel bonitas reperitur. Una in esse naturae, alia in esse moris. Prima non defumitur per ordinem ad aliquam legem; sed penes dif-

convenientiam, vel convenientiam naturae rationali, ut intelligitur habere inclinationem ad bonum in esse naturae, praecisa omni lege. Secunda vero sumitur proxime quidem per ordinem ad dictamen rationis naturalis; sicque dictamen rationis naturalis, ut est participatio quaedam legis aeternae, habet rationem legis in ordine ad illos actus.

XIV. Ad Confirm. dico, quod praeccepta naturalia confiderari possunt, uno modo per modum quidditatis, & essentiae possibilis; & sic nullam dependentiam habent a dictamine intellectus etiam divini: unde a Deo cognoscuntur per scientiam simplicis intelligentiae, & necessariam, sicut aliae veritates possibiles; Alio modo considerari possunt per modum exercitii, prout a Deo descendunt ad regulandam actionem humanas, & ad obligandum creaturam ad operandum recte secundum illa: sic procedunt a dictamine practico intellectus divini, & continentur in dictamine rationis creaturae rationalis, quod est participatio quaedam divini dictaminis.

XV. Si intes contra haec. Si lex naturalis pendet a dictamine Dei; cum hoc sit Deo liberum, potuit non esse in Deo; & sic potuit non precipere actus necessario bonos, & non prohibere actus necessario malos; & sic poterit homo illos omittere, istos vero elicere sine culpa. Ad hoc jam dictum est Dub. praecedente S. 2. nu. 17. quod supposito quod Deus voluerit creaturam rationalem producere, non potuit non velle ei precipere actus necessario bonos, & ei prohibere actus necessario malos. Videantur ibi dicta.

XVI. Obijcit secundo contra secundam assertionem. S. Paulus Rom. 2. legem naturalem dicit esse ita intimam, ut homines sibi ipsi sint lex: quod explicans ait: *Offendunt enim legem scriptam in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum.* Censet ergo, legem naturalem esse ipsum lumen rationis homini cum natura inditum; quo fit, ut sibi ipsi sint lex, & hoc attestare conscientiam ipsorum. Idem passim docent Patres, dum ajunt, legem naturalem esse lumen signatum super nos (ex Psal. 4.) esse in cordibus nostris, in factis, & similia; quae indicant, eam non consistere in actu, qui fluit, & transit: sed in habitu, nempe, in lumine naturali rationis in actu primo, qui permanet; alioquin cum nihil agimus, non maneret in nobis lex naturalis.

XVII. Urgetur magis. Lex humana est vera lex, non solum ut est in mente Legislatoris, vel subditi; sed etiam ut est signum in aliqua scriptura permanens, apud ad excitandam legis cognitionem; ergo similiter lex naturalis non solum est lex, cum est actuale iudicium de ea in mente Dei, vel hominis; sed etiam dum est in lumine rationis scripta, quo ad excitandum tale iudicium.

XVIII. Respondeo, Scripturam, & Patres, dum loquuntur de lege naturali, interdum de ea loqui in sensu causali: quo pacto eam sumunt, dum eam vocant lumen signatum, scriptam in cordibus, synderesim, naturalem iudicatorium, & similia. Vel interdum eam sumunt pro aliquo confectio ad legem: ut dum eam vocant conscientiam: hanc enim in pluribus differre a lege, jam ostendimus; & praecipue, quod lex fertur circa agenda, conscientia autem versatur etiam circa ea, quae jam facta sunt: & propterea non solum ligat, & obligat, sed etiam accusat, testificatur, damnat, remordet: in quo sensu eam sumit S. Paulus. Lex ergo naturalis in sensu formali est divina ordinatio, seu praecipuum a lege aeterna in dictamine rationis participatum, & bonum intimatum: quo sensu idem Paulus dicit, quod homines sibi ipsi sunt lex.

XIX. Ad id, quod urgetur, nego conf. Nam lex humana semel promulgata, perseverat in scriptura per modum actus secundi habitualiter permanentis, in quo, ut in signo, conservatur imperium Legislatoris: at in lumine intellectuali lex naturalis manet scripta solum per modum actus primi: qui sicut non sufficit ad legem constituendam, ita nec ad eam conservandam.

XX. Obijcit tertio contra eandem. Quidquid est in animis nostris, vel est potentia, vel habitus, vel actus, vel passio: sed lex naturalis non est potentia animae, nec passio, nec actus; alioquin cum nihil agimus, non maneret in nobis lex, nec esset in pueris, & amentibus; ergo est habitus.

XXI. Respondeo, nego absolute maj. Alia enim sunt in anima, quae nec potentia, nec habitus, nec passio; sed sunt in anima, ut in habente ea: sicut in anima sunt aliqui actus, ut velle est in volente, & etiam cognita sunt in cognoscente. Ita D. Thom. hac 1. 2. qu. 94. art. 1. ad 1. Sic ergo lex naturalis est in anima, ut in habente per modum actus; actu quidem, dum actu considerat; habitu vero, vel in potentia, dum consideratio jam transit, vel nondum considerat: & hoc modo lex naturalis in amentibus est habitu, in pueris autem est in potentia; qui nondum possunt perfectum dictamen de agendis conficere, nec sibi divinam ordinationem, ac praecipuum, in quo consistit lex, intimare.

XXII. Obijcit quarto contra tertiam assertionem. Nemo potest sibi legem imponere, sed superior inferiori, nisi fore improprae: unde imperium, quo homo sibi imperat suas adiones, non est proprie lex: sed si lex naturalis consisteret in dictamine rationis, jam homo imperaret sibi, & lex esset in ipso; ergo &c.

XXIII. Si respondeatur, negando absolute min. Nam dictamen illud non habet vim, & rationem legis, quatenus est vel in nobis, vel aliquo modo a nobis: sed quatenus est nobis inditum, & impressum ab auctore naturae, esseque legis aeternae participatio ab ea derivata: hoc enim modo est vera, & proprie lex. Adde: huic instantiae teneri respondere Contrarios ponentes legem naturalem, vel in lumine rationis, vel

In natura rationali. Lex ergo naturalis homini est intrinseca: unde ait Paulus Rom. 2. *Sibi ipsi sunt lex.*  
 XXIV. Contra est. Dicitur illud, ut a Deo impetratum, pertinet ad legem divinam: sed lex divina a naturali distinguitur; ergo &c.  
 Secundo. Soluta quacunque Dei lege, aut precepto, dictamen rationis naturalis dicitur, quod fit bonum, quidem malum.  
 XXV. Respondeo ad primam instantiam, legem naturalem distinguam quidem a lege divina positiva, sed esse vere legem divinam. Tum quia Deum habet auctorem, ut vidimus, a quo in creatura naturali imprimitur. Tum quia a lege eterna participatur. Differre autem a lege divina positiva, quia est de rebus natura sua bonis, vel malis: ubi illa est de sapiente natura indifferentibus.  
 Ad secundam, nego ant. Nam cum dictamen rationis naturalis sit participatio legis eterne, seclusa Dei eterna lege, easque precepto, nullum esset dictamen dictans hominibus in exercitio quid sit bonum, quidem malum; & proinde nulla lex naturalis.

DUBIUM III.

An lex naturalis plura precepta contineat, an unam tantum: & an sit una apud omnes?

S. I.

Resolutio prima Partis.

**I**n Deo, Lex naturalis continet plura precepta, quae tamen omnia ab uno tanquam a radice, & fundamento pendunt, & reducuntur. Ita D. Thom. hac qu. 94. art. 2. cujus ratione sic probat: *Precepta legis naturae hoc modo se habent ad rationem practicae, sicut principia prima demonstrationum se habent ad rationem speculativam: sed principia speculativa sunt quidem plura, sed in uno primo fundantur, a quo tanquam a radice dependent; ergo similitur precepta legis sunt plura, quae tamen in uno primo fundantur, & ab eo, ut a radice dependent.* Maj. patet. Quia tamen principia demonstrationum, quam precepta legis naturae sunt per se nota: & sicut illa sunt ratio, & regula demonstrationum; ita illa sunt regula, & mensura humanarum actionum. Min. vero prob. Ubi enim invenitur ordo, ibi invenitur aliquid prius, a quo cetera pendunt: sed in his, quae in apprehensione cadunt, ens est id, quod primo apprehenditur, & cuius conceptus includitur in omnibus, quae quis apprehendit: ergo primum principium indemonstrabile in ratione ens, & non ens fundatur, nimirum: *Qualiter est, vel non est. Vel, non est simul affirmare, & negare de eodem.* Ex quo deinde principium omnia alia deducuntur, ut ab eo dependentia, & in eo radicata, & fundata.

Tum sic: atqui sicut primum, quod cadit in apprehensione simpliciter, est ens; ita primum, quod cadit in apprehensione practicae rationis, quae ordinatur ad opus, est bonum; omne enim agens agit propter finem, qui habet rationem boni: ergo primum principium in ratione practica est, quod fundatur supra rationem boni, & non boni, nempe, mali, quod est contrarium bono. Atque sicut primum principium in speculativo ex quo cetera pendunt, est illud: *Quodlibet est, vel non est: ita primum principium in practico, seu primo preceptum, a quo cetera pendunt, & mensurantur, est illud: Bonum est faciendum, & prosequendum: & malum est vitandum.*

II. Cum autem omnia illa, ad quae homo habet naturalem inclinationem, ratio naturaliter apprehendat ut bona, & per consequens opere prosequenda; & contraria eorum, ut mala, & vitanda; secundum ordinem inclinationum naturalium est ordo primus omnium naturae est ad conservationem sui esse: & secundum hanc dantur in lege naturali precepta de conservanda vita, & contraria impedienda. Secunda inclinationis species in homine est ad ea, in quibus communicat cum ceteris animalibus, nempe, ad conservationem suae speciei; & ad hoc datur naturalis lex de matrimonio ineundo, de prole educanda &c. Tertiae inclinationis gradus est ad ea, quae sunt propria hominis, nempe, ad cognoscendum Deum, & in societate vivendum. Et ad hoc dantur precepta naturalia de cognoscendo, & colendo Deo, de aliis non offendendis, sive in persona, sive in rebus; & de ceteris; quae ad debitam cum aliis societatem necessaria sunt.

III. Ex dictis apparet, legem naturalem esse unam formaliter; & materialiter multiplicem. Multiplicem quidem: quia multa precepta continet, & circa varias materias versatur. Unam vero: Tum quia omnia illius precepta referuntur ad unum primum preceptum, ut docet S. Thom. hac art. 2. ad 2. Tum quia communicant in unica radice, ut ait hic ad 2. Tum quia omnia tendunt ad eundem finem ultimum. Tum quia unum est lumen rationis, quod ad varios variorum preceptorum actus inclinatur.

S. II.

Resolutio secunda Partis.

**S**icut in speculativo aliqua sunt prima principia generalia omnibus nota; alia magis particularia quae ex principiis generalibus deducuntur, quae non omnibus statim innotescunt, sed aliqua solis sapientibus sunt nota: ita & in practico aliqua sunt principia prima generalia, quae menti cujulque ratione utentis statim sese praesentant: ut sunt ista: *Bonum est faciendum, malum vitandum. Quod tibi non vis fieri,*

*alteri ne feceris;* alia minus generalia, ex his deducta, quae ad illa se habent tanquam conclusiones.

Dum ergo quaerimus: an lex naturae sit una apud omnes; quaerere possumus: an sit eadem quoad cognitionem apud omnes, id est, an ea, seu ejus principia, vel precepta ab omnibus cognoscantur, & tanquam vera asseruntur: an vero ab aliquibus cognoscantur, ab aliis non, seu ab aliquibus asseruntur vera, ab aliis falsa: vel an sit eadem quoad rectitudinem, id est, an ejus precepta apud omnes sint recta, & iusta, atque ut talia implenda; an vero apud quosdam sint iusta, apud quosdam non iusta: ita ut fieri possit, quod idem preceptum, secundum quod sonat, ab aliquibus impletur iuste, ab aliis non iuste.

V. Dico. Lex naturae quantum ad prima principia communia est eadem apud omnes, & secundum rectitudinem, & secundum notitiam: sed quantum ad quaedam propria, quae sunt quasi conclusiones principiorum communium, est eadem apud omnes, ut in pluribus, & secundum rectitudinem, & secundum notitiam; sed ut in paucioribus potest deficere, & quantum ad rectitudinem, & quantum ad notitiam. Ita insidem verbis Sancti Thomae hac qu. 91. art. 4.

VI. Prior pars ex eodem probatur. Primi & generalia principia practica se habent sicut prima & generalia principia speculativa: sed haec cognoscuntur ab omnibus quia solo lumine naturalis ingenii ab omnibus, qui usum rationis habent, cognoscibilia; ergo etiam illa.

VII. Probat secundum. Prima principia vel nullo, vel facilissimo discursu indigent, ac sepe statim cognitum terminis innotescunt: sicut insuper secundum inclinationem omnium naturalem; quae est velut quaedam proprietate secuta ad rationem, non propriam alicujus individui, sed naturae specificae, quae omnibus est communis, & eadem in omnibus; ergo ab omnibus cognoscuntur. Hinc nullus est adeo barbarus, qui, si rationis compos sit, non sciat, illud, quod est necessarium bonum, esse prosequendum, & malum fugiendum, Deum esse colendum, nemini faciendum esse, quod sibi non vult fieri, aut alia similia; quae ut ait August. lib. 3. de doctr. Christi, cap. 14. *Nulla modo possunt ista gentili diversitate variari.*

VIII. Posterior pars probatur ex eodem. Nam ratio speculativa, & practica, esse eodem modo se habent quoad principia prima, & generalia; eadem tamen procedunt ad propria, & particularia, diversa sunt: *Quia non ratio speculativa propria negotiatur circa necessaria, quae impossibile est, aliter se habere, absque aliquo defectu invenitur veritas in conclusionibus propriis, sicut in principis, communibus: sed ratio practica negotiatur circa contingentia, in quibus sunt operationes humanae.* Hac S. Thom. hoc art. 4. Ex quibus inferri, quod licet in his, circa quae versatur ratio practica, sit aliqua necessitas quantum ad principia communia, tanto tamen magis descenditur ad conclusiones particulares; tanto magis inveniri potest mutabilitas, & defectus: cum conclusiones particulares magis de propinquo respiciant operationes, ac circumstantias adeo multiplices; quae cum variari contingat, fieri potest, ut actio, quae secundum se iusta est, ac recta, hic & nunc tamen apud hos, vel illos non sit recta.

IX. Quod explicans S. Doctor, subiungit: *Apud omnes enim hoc rectum est: & verum, ut secundum rationem agatur: ea hoc autem principium sequitur quasi conclusio propria; quod deposita sine reddenda: & hoc quidem, ut in pluribus verum est. Sed potest in aliquo casu contingere quod sit damnosum, & per consequens irrationabile, si deposita reddantur; quia, si aliqui potest ad impugnamdam pariam. Et hoc tanto magis invenitur deficere, quanto magis ad particularia descenditur: puta, si dicitur, quod depositum sine reddenda cum tali cautione, vel tali modo. Quanto enim plures conditiones particulares apponuntur; tanto pluribus modis poterit deficere, ut non sit rectum, vel in reddendo, vel non reddendo.*

X. Quod vero nec quoad cognitionem eadem sit veritas conclusionum practicarum apud omnes, facile est percipere. Vel enim propter pravos affectiones, vel ob ignorantiam alicujus circumstantiae, vel propter aliud impedimentum, accidit, quod homines non rectum ferant iudicium de conclusionibus practico: sed eas revera ignorent: sicut quidam putaverunt, mendacium esse aliquando licitum, simplicem fornicationem non esse peccatum, matrimonium vinculum dissolvi posse mutuo conjugum consensu. Unde concludit S. Thom. hoc contingit: *propter hoc, quod aliqui habent depravatum rationem ex passione, seu ex mala consuetudine, seu ex mala habitudine natura: sicut apud Germanos olim lascivium non reputabatur iniquum, cum tamen sit expressa contra legem natura; ut refert Julius Caesar. lib. 6. de Bello Gallico.*

XI. Ratio autem est, quod una & eadem non est apud omnes illatio ex principiis generalibus. Hinc fit: quod etiam apud Theologos de quibusdam preceptis ex eisdem illatis minus constat, quam de illis, quia non ita clare, & immediate ex eisdem inferuntur: quia quanto magis conclusio distat a principiis, tanto minus est evidens. Sic verbi. gr. ex hoc principio: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris,* sequitur evidentissime; ergo adversum alterum non est proferendum falsum testimonium: sed non ita evidenter colligitur; ergo non est proferendum falsum testimonium pro propria vice conservanda. Similiter ex eodem principio evidenter inferri: ergo non est furandum: sed non ita evidenter sequitur; ergo pecunia non est danda muris ad usum. Quamvis haec duo: non esse proferendum mendacium, seu falsum testimonium, etiam pro conservanda vita hominis; & non esse dandum pecuniam ad usum, sint aequae precepta legis naturae, ac ea, ex quibus inferuntur. Ac propterea fuerunt, qui in aliquo casu

casu dicerent, mendacium esse licitum, licitas quoque esse usuras.

XII. Ex dictis colligo, legem naturalem obligare omnes homines, & omnibus esse latam, omnibus indicatam; ac super omnes signatum fuisse lumen vultus Dei, quo possint formare dictamen secundum rationem naturalem: ita ut si eam non observent, rei sint poenae aeternae: dicente Apostolo Rom. 2. v. 12. *Quicumque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt, id est, sine lege scripta, cum sola lege naturali. Et enim lex a Deo impressa, medio dictamen naturalem deferente ordinationem legis aeternae ad omnes; ut quisquis eam violet, Deum auctorem offendat, ejusque aeternam indignationem mereatur.*

XIII. Nec refert, quod ad dictamen naturalem non cognoscatur, nec ostendatur, quod ratio naturalis cognoscatur quantum ad poenam, ut ad eam obliget transgressorem. Tum quia ad incurrendum reatum alicujus poenae non est necesse, ut subditus, qui legem transgreditur, cognoscatur, quanta poena fit ei debita: nam latro incurrit reatum suspendii, etiam si non sciat, latrocinii poenam esse suspendium; sed fitis eis ut faciat aliquid latro poena dignum, & sciat hoc ipsum, quod agit, esse grave malum. Tum quia sufficit, ut Deus, qui legis naturalis est auctor, cognoscatur, quantum poenam peccatum mortale mereatur.

Ad hoc ab hac obligatione aliquis excusari possit ex ignorantia, quae fit invincibilis, diximus Tom. praeced. Q. 1. de Voluntario, & involuntario Dub. 7. §. 7. Videantur ibi dicta.

DUBIUM IV.

An sub Lege Natura continentur omnia Precepta Decalogi, & Actus omnium Virtutum.

S. I.

Resolutio prima Partis.

**H**ic dubitationi ansam dederunt quidam Jurisae assertores, sub lege naturali contineri tantum prima principia practica per se nota, non autem conclusiones ex eis deductas, cujusmodi sunt precepta Decalogi: haec enim existimant, ad Jus gentium potius spectare. Propterea postquam Dub. praeced. diximus, legem naturalem plura precepta continere; videndum est an in his continentur ea, quae Decalogo proprie.

II. Dico omnia precepta Decalogi (excepto tertio de sanctificatione Sabbati, quod pertinet, quantum ad determinationem temporis, ad legem positivam, & scriptam) pertinere ad legem naturalem. Ita communitur Theologi, & peritiores Jurisae. Dixi: excepto tertio de sanctificatione Sabbati quantum ad determinationem temporis. Nam quod aliqua dies sanctificetur in cultum Dei preceptum naturale est: quod vero taxetur talis dies, est preceptum ceremoniale. Et praeterea S. Thom. in 3. dist. 37. quae. 1. art. 3. q. 2. ait: *Preceptum de Sabbato observandum, quantum ad aliquid morale est, & quantum ad aliquid iudiciale, & quantum ad aliquid potest etiam aliquid iudiciale. Secundum enim illud jus, quod naturaliter ratio dicitur preceptum morale est: ut scilicet aliquo tempore homo contemplationi vacet: sed taxatio temporis, & ideo non est morale preceptum. Sed secundum quod habet per causam significationem, est ceremoniale. Secundum autem quod habet per causam conditionem illius populi, cui subveniendum erat per hoc preceptum, iudiciale est. Et propterea ibidem quae. 3. docet quod observatio Sabbati quantum ad illud, quod de naturali lege habetur, prout morale preceptum est, tempore gratiae non cessavit, imo perfectius impleendum est: sed taxatio diei, vel temporis, quae ad legem naturalem non pertinet, veniente statu gratiae cessavit, sicut & alia legalia. Hoc idem docet S. Doct. hac 1. q. 100. a. 3. ad 2.*

III. Prob. ergo conclusio primo ex eodem S. Th. citata q. 100. a. 3. in Corp. Ubi postquam distinguit precepta naturalia in prima, seu communia, quorum non oportet aliquam editionem esse, & in illa, quae per diligentem inquisitionem Sapientum inveniuntur rationi convenire; subdit: *Utraque tamen horum preceptorum continentur in preceptis Decalogi, sed differunt. Nam illa, quae sunt prima, & communia, continentur in eis sicut principia in conclusionibus proximis: illa vero, quae per Sapientes cognoscuntur, continentur in eis e converso, sicut conclusiones in principis.* Quod repetit eadem q. 100. a. 1. in Corp. Et Q. 14. de Verbo a. 11. ad 3. Mandata (inquit) Decalogi sunt de his, quae naturalis ratio dicitur. Et ideo quilibet tenetur ea explicito cognoscere.

IV. Prob. secundo. Jus rationale, teste Arist. s. Ethic. c. 2. est illud, quod utique vim habet, videlicet: ex ipsa rei natura; non quia videtur, vel non videtur. Vel ut alii dicunt, jus naturale est illud, quod nec gentis opinio, neque humana aliqua insipientia; sed ex sola ratione naturalium vim habet. Atque tale est jus, quod omnia Decalogi precepta observarentur: quae enim nec gentis opinio, nec humana insipientia; sed ipsa naturalis ratio ad ea servanda impellit: quia quae precipiuntur, sunt natura sua bona, ut cultus Dei, & honor parentum; quae vero prohibentur, sunt natura sua mala, ut furtum, adulterium &c. ergo eo.

V. Confirmantur dicta. Jus naturale distinguitur a positivo in hoc, quod illud supponit honestatem in re, quam praecipit; ideo enim eam praecipit, quia sapiente natura bonum: & supponit malitiam in re, quam prohibet, quod proinde dicitur

tur prohibita, quia mala: lex vero positiva non supponit in re, quam praecipit, aut prohibet, honestatem, vel malitiam, sed illam inducit; ideoque potius est bona, quia praecipit: & mala, quia prohibet: videlicet potius est bona, quia praecipit: sanctificatio diei (exclusa taxatione temporis) praecipitur, res natura sua bonae, & prohibentur res natura sua malae, ut consideranti patebit: ergo &c.

VI. Sed dices: precepta legis naturae cum natura cordibus hominum inferuntur, non dantur scripto: sed precepta Decalogi fuerunt data a Deo scripta tabulis lapideis. Moysi ergo non pertinent ad legem naturae.

VII. Respondeo, dist. min. Fuerunt primo data, neg. min. Quasi secundo data, & veluti renovata, conc. min. Ut enim docet D. Th. hac 1. 2. q. 99. a. 2. ad 2. *Legi divinae conveniens erat, ut non solum provideret homini in his, ad quae ratio non potest, sed etiam in his, circa quae contingit, hominem impediri. Ratio autem hominis circa precepta moralia, quantum ad ipsa communissima precepta legis naturae, non poterat errare in universalibus; sed tamen propter consuetudinem peccandi obstruabatur in particularibus agentibus. Circa alia vero precepta moralia, quae sunt quasi conclusiones deductae ex communibus principis legis naturae, multum ratio oberrabat: ita ut quaedam quae sunt secundum se mala, ratio multum licite judicaret. Unde oportuit, contra utrumque defectum homini subventi per auctoritatem legis divinae. Unde etiam inter credenda nobis praestantur non solum ea, ad quae ratio attingere non potest, ut Deum esse unum, sed etiam ea, ad quae ratio recta pertinet, ut: *Non occides, qui accidunt in multis.* Ita S. Thom.*

VIII. Dices iterum. Lege Omnes si, de Justitia, & iure; & lege. Bona fide ff. Depositi, sub jure gentium ponuntur multa, quae ex primis principis praecipi per evidentem consequentiam deducuntur, & pertinent ad precepta Decalogi: sed jus gentium a jure naturali distinguitur; ergo precepta Decalogi &c.

IX. Respondeo, jus gentium sumi posse stricte & proprie, prout dicit id, quod est a gentibus communiter institutum; & hoc modo a jure naturali distinguitur. Sumi etiam posse large & subjective, pro eo, quod est ab omnibus gentibus observatum; & hoc cum jure naturali coincidit, quia quae sunt de jure naturali, ab omnibus gentibus observantur: & in hoc sensu interpretandi sunt textus alibi ex jure. Fateor siquidem, jus gentium juri naturali valde esse affine. Nam (ut docet D. Th. 1. 2. q. 95. a. 4.) *Ad jus gentium pertinent ea, quae derivantur ex lege naturae, sicut conclusiones ex principis, ut iusta emptio, venditio, & alia huiusmodi, sive quibus homines ad iustitiam convenerunt non possunt, quod est de lege naturae: quia homo est naturaliter animal sociale. Et ibi ad 1. ait: *Jus gentium est quidem aliqua modo naturale homini secundum quod est rationale, in quantum derivatur a lege naturali per iudicium consensuum, quae non est multum remota a principis: unde de facili in injussum homines consentiunt.**

S. II.

Resolutio secunda Partis.

**A**ctus virtutum sumi possunt, vel in genere, secundum quod actus virtuosus sunt; vel quatenus sunt tales in propriis speciebus.

Dico ergo. Omnes actus virtutum moralium in genere spectati, prout scilicet dicunt virtuosae agere, sunt de lege naturae, non vero si conderentur secundum proprias species. Ita S. Thom. hac quae. 94. art. 3. qui priorem partem sic probat, illud est de lege naturae, ad quod homo inclinatur secundum suam naturam: sed ad omnes actus virtutum moralium in genere homo secundum suam naturam inclinatur; ergo omnes &c. Maj. est certa: omne enim illud, ad quod, ut sibi conveniens, & bonum, natura hominis inclinatur, pertinet ad legem naturalem. Min. vero prob. Homo, in potestate naturae rationalis, inclinatur ad operandum secundum rationem, & consequenter virtuosae; ut innotescit enim naturaliter inclinatur ad agendum secundum inclinationem suae formae, sicut ignis ad calefaciendum: forma autem hominis est anima rationalis.

XI. Confirm. Homo dum deliberat, & ut homo operatur, tenetur agere secundum rationem, & proinde virtuosae, & honeste: ita ut, sicut diximus, dari nequeat in eo actus, qui sit indifferens in individuo; ergo agere virtuosae in genere est homini lege naturali praecipuum.

XII. Secundum vero partem probat S. Doctor. Multa enim in specie, & in particulari ab homine virtuosae sunt; ad quae natura non primo inclinatur, sed per rationis inquisitionem et homines adveniunt, quasi utilia ad bene vivendum; id est, quae secundum speciem suam, & preveniendum legem positivam, indifferentia sunt, ac nihil refert, an fiant, vel non fiant: postquam tamen lege humana determinata sunt, virtuosae, ac laudabiles sunt: ergo non omnes &c.

XIII. Explicatur utraque pars. Actus temperantiae ex genere suo, id est, quatenus actus virtuosus, talis est, ut ad eum natura rationalis, per se inclinatur: & propterea lege naturae praecipitur est: quod vero per abstinentiam a carnis, & tempore quadragesimali debeat exerceri, hoc per rationis inquisitionem advenit Ecclesia, tamquam utiliter: & ideo lege positiva, non naturali praecipuum est.

XIV. Pro majori tamen intelligentia noto primo. Quod cum S. Th. dicit, omnes actus virtutum in genere pertinere ad legem naturalem, non intelligit, quod unusquisque ex vi legis

legis tenetur omnes actus virtutum exercere; cum consilium multos esse in solo consilio, & inter eos, qui sunt in precepto, certum sit, non omnes lege naturali esse preceptos, sed aliquos sola lege supernaturali; sed sensus est, quod omnes actus virtutum, secundum aliquid, sunt de lege nature; in quantum scilicet, si sunt, deliberare ab homine, ut homo est, debeant virtute & conformiter recte rationi fieri, atque ita naturali inclinationi hominis respondere.

XV. Noto secundo. Quod cum S. Th. dicit, aliquos actus virtutum non esse de lege nature secundum speciem, quia sunt per inquisitionem humanam adinventi; non loquitur de illis, ad quos natura, esto non primo, secundario tamen inclinatur, tamquam ad conclusiones necessario ex preceptis legis nature deductas; sed loquitur de illis, sine quibus lex nature secundum se subsistit, & solum a ratione humana per inquisitionem sunt adinventi ad maiorem utilitatem, unde subdit: Quasi nulla (non ait necessaria) ad bene vivendum.

XVI. Sed dices primo. Servare perpetuam virginitatem, jejuniare in Quadragesima, sunt actus virtutis, & tamen ista non pertinent ad legem nature; ergo non omnes actus virtutum &c.

XVII. Respondet, dist. confeg. Non omnes actus virtutum sunt virtutes, sed in propriis speciebus consideratis, conc. confeg. Multa enim (ait D. Th.) secundum virtutem sunt, ad quos natura non primo inclinatur, sed per rationis inquisitionem ab homine adinventi, quasi virtus ad bene vivendum; & huiusmodi est servare virginitatem, jejuniare in Quadragesima; & alia opera supererogationis. Non omnes actus virtutis sunt virtutes, quatenus virtutes, neg. confeg. Si enim sunt, lex nature jubet, ut sint secundum dictamen rationis: Unde (ait D. Th.) secundum hoc omnes actus virtutum sunt de lege nature: distat enim hoc naturaliter utique propria ratio, ut virtute agat.

XVIII. Dices secundo. De ratione legis est, quod ordinatur ad bonum commune, sed quidam actus virtutis sunt; puta castitatis, temperantie &c. qui ordinantur ad bonum privatum; ergo &c.

XIX. Respondet D. Th. hoc a. 3. ad 1. Quod temperantia est circa concupiscentias cibi, & potus, & veterum; quatenus ordinantur ad bonum commune nature, sicut & alia legis ordinantur ad bonum commune morale. Quemadmodum enim, que lege positiva constituuntur, ut homines virtute convivant, ordinantur ad bonum commune morale: ita temperantia &c. ordinantur ad bonum commune nature, cuius conservatio fit media conservatio hominum in particulari.

XX. Dices tertio. In his, que sunt secundum naturam, omnes conveniunt; sed in actibus virtutum non omnes conveniunt: id enim, quod est virtuosum uni, potest esse alteri vitiosum; ergo &c.

XXI. Respondet cum D. Th. hic ad 3. dist. min. In actibus virtutum non sunt ipsos, & ut in propriis speciebus, conc. min. Sic enim propter diversam hominum conditionem contingit, quod aliqui actus sunt aliquibus virtutes, tamquam eis non proportionati. Sic abstinere a veneris virtuosum est soluto, votum castitatis habenti, vitiosum vero conjugato, si uxore repugnet; & sicut illi virtuosum est abstinere, ita huic non abstinere virtuosum est.

DUBIUM V.

An Lex Naturalis admittat Mutationem, Abrogationem, vel Derogationem; Interpretationem, vel Epilepsiam?

S. I.

De Mutatione.

LEX naturalis potest intelligi mutari dupliciter. Uno modo per hoc, quod aliquid illi addatur; alio modo per modum subtractionis: ut scilicet aliquid desinat esse de lege naturali, quod prius fuit secundum legem naturalem. Ita D. Th. hic a. 5.

II. Dico ergo primo cum eodem. Si loquamur de mutatione, qua id mutari dicitur, cui aliquid additur: que proprie est mutatio; lex naturalis mutari potest. Ita S. Doct. Multa enim supra legem naturalem superaddita sunt ad humanam vitam utilia; tam per legem divinam, quam etiam per legem humanam; que vel hominem obligant ad aliquid, ad quod lex naturalis cum non obligat, vel ad aliquid ad quod lex naturalis non requirit, quam lex naturalis requirit. Sic in veteri Testamento multa erant tum judicialia, tum ceremonialia precepta moralibus superaddita: & in nova variaz sunt leges divine de Sacramentis, & plurimae quodammodo humane tum Ecclesiastica, tum civiles, que omnes sunt additiones ad legem naturalem.

III. Dices. Lex naturalis precepit actus omnium virtutum, ut nuper diximus cum D. Th. ergo superfluum videtur, aliquid ei superaddere.

Nego primo ant. Nam non precepit actus supernaturales Fidei, Spei, & Charitatis, qui necessarij sunt ad finem ultimum consequendum. — Nego quoque confeg. Nam preter actus virtutum multa alia sunt, que utiliter precepti possunt. Primo enim sepe preceptum sola determinatio legis naturalis ad quendam particularia. Nam hoc preceptum, Deum colendum esse, determinatur in utroque Testamento per multa precepta particularia de Sacrificiis, Orationibus, & Sacramentis. Hoc preceptum, malefactorum esse puniendum, per multas

leges determinatur, certa ponitur genera per diversa delicta statutis. Secundo. Possit etiam legi naturali aliquid addi per modum novi precepti; quod tamen utile ac necessarium sit ad acquirendas, vel conservandas virtutes, vel ad aliquem finem bonum consequendum. Sic iure gentium introducta sunt rerum divinis, & proprietatis, bella, captivitates, servitutes, varii contractus, tum ad iustitiam, tum ad pacem Republice conservandam.

IV. Dico secundo. Si loquamur de mutatione proprie dicta, que fit per modum subtractionis, vel diminutionis, est scilicet aliquid desinat esse de lege naturali, quod prius fuit secundum legem naturalem; sic lex naturalis, quantum ad prima principia legis nature, est omnino immutabilis: ita ut fieri non possit, quod aliqua ejusmodi, que prius erant leges naturales, vel ex omni non sint leges, vel desinant obligare. Probatur. Quia ejusmodi prima principia continent veritates, & regulas universales bene vivendi, adeo necessarias, & congruas nature rationali; ut sicut ista immutabilis est, ita nec illa, ut transeat de veris in falsa. Et de his loquitur confeg. est Philosophus l. 5. Ethic. c. 7. dum ait: Jus naturale esse, quod ubique eadem vim habet; & postea: Quod in natura immutabile est, & ubique eadem vim habet. Hinc Gratianus initio distinct. 5. tamquam rem notam proponit, quod Naturale jus caput ab exordio rationalis creature, nec variatur tempore, sed immutabile permanet. Et dist. 6. ad Cap. 3. Moralit. (inquit) mandata ad naturale jus spectant; neque ideo unam mutabilitatem recepisse monstrantur. Et postea: Naturale ergo jus ab exordio naturalis creature incipit, ut supra dictum est, & manet immutabile. Et Greg. 9. C. Cum sancto, de consuetudine ait: Nemo sensu mentis intelligit naturalis iuris (cujus transgressio periculum salutis induit) quocumque consuetudine (que dicitur esse contra in hoc parte corruptela) posse aliquatenus derogari. Ratio autem est: nam cum lex naturalis nil aliud sit, quam dictamen recte rationis, quod ubique idem est, ac immutabile, quia fundatur in natura rationali, que semper eadem est, ac immutabilis ideo lex naturalis immutabilis est.

V. Dices tamen. Jure naturali omnia bona erant communia, omnesque homines liberi erant; & tamen hominum voluntate, & potentium imperio, induta est horum divitio, & proprietatis, licet & servitus. — Rursus Glossa in c. 17. Et celsissimus dicitur, nature legem aliquando emendari, & corrigi per legem scriptam. — Tertio. Sicut se habet Princeps ad legem positivam, & civitatem; ita se habet Deus ad legem naturalem; non enim minus Deus est legis nature conditor, quam Princeps humane: sed Princeps potest quocumque legem humanam, & civitatem mutare, reformare, & abrogare; ergo pariter Deus legem naturalem potest mutare &c.

VI. Respondet ad primum. Jure naturali positive precepta plene, neg. maj. jure naturali non statuente contrarium, sed negative se habent, conc. maj. Ita D. Th. hoc a. 5. ad 3. dicens: Aliquid dicitur esse de jure naturali dupliciter. Uno modo, quia ad hoc natura inclinatur, sicut non esse injuriam alteri faciendum. Alio modo, quia natura non dicitur esse contrarium; sed jure positivum dicitur, quod hominem esse viduum, est de jure naturali, quia natura non dicitur esse vitium, sed ars advenit. Et hoc modo communitati omnium possessio, & una libertas dicitur esse de jure naturali; quia scilicet distinctio possessionum, & servitus non sunt in natura, sed per hominum rationem ad utilitatem humanam vite; & sic etiam in hoc lex natura non est mutata, nisi per additionem. Quia propter rationales causas; puta, ut tollerentur lites, & res majori studio curarentur; exilitatum fuit utilis, id, quod lex natura indeterminatum reliquerat determinate, & statueret rerum divisionem.

Ad id, quod dicitur de servitute, addi potest, omnes homines jure natura esse liberos, nulla supposita culpa, aut injuria. Et in hoc sensu dicitur Justus in Instit. de Jure naturali, Gentium, & civili, servitute fuisse contra naturam de jure gentium introductam; quia spectata prima rerum institutione, antequam bella inter populos orientur, fuisse contra jus nature redigere aliquem in servitute. At postquam propter injurias illatas, & bella exorta, eadem nature lege non contradicente, licuit, se defendere, & hostem interficere, licuit etiam, illum in captivitatem redigere. Hinc sic quod cum jus nature fecerit quidem homines liberos, sed nec servitute, nec rerum divisionem prohibuit; tam rerum divisio, quam servitus non sunt contra legem nature, sed determinationes sui additionis illius.

VII. Sed replicabis. Saltem contra jus naturalem, retinere rem alienam invito domino: sed hoc preceptum lex prescribit, ergo &c.

Respondet, majorem veram esse, si retineatur res aliena, non vero cum res aliam aliena facta est jure propria. Lex autem prescriptio non facit, ut invito domino retineatur res aliena manens aliena, ut invito domino retineatur sed solum facit, ut id, quod est alienum, jam non sit alienum, sed jure titulo proprium; & hoc jure naturali potuit facere Republica ob bonum commune: ut in Tractatu de Justitia, & jure, Deo annuente, dicemus.

VIII. Ad secundum respondet, cum S. Th. hoc a. 3. ad 1. Quod lex scripta dicitur esse data ad correctionem legis naturalis. Vel quia per legem scriptam suppletur est, quod lex natura deest. Vel quia lex natura in aliquorum cordibus quocumque ad aliqua corrupta erat, in tantum ut extinguatur esse bona, que naturaliter sunt mala; & talis corruptio correctione indiget.

IX. Ad tertium, neg. maj. Non enim eodem modo se habet Deus

bet Deus ad legem naturalem, sicut Princeps ad positivam. Nam hic sola sua auctoritate, & voluntate dat vim legi positivae; ea enim, que sunt materia talis legis, solum sunt faciendi, quia precepta sunt; & vitanda, quia prohibita. At Deus legem naturalem fert non mera sua voluntate, sed sua justitia eum ad id promovenne; quia materia legis naturalis, vel est intrinseca, & sua natura bona, & sic est precipiendus; vel sua natura mala, & sic est vitanda. Etenim Sicut Apost. dicit 2. ad Timoth. 1. Deus fidelis permanet, negare seipsum non potest. Negaret autem seipsum, si ordinem suae justitiae auferret, cum ipse sit sua justitia. Et ideo in hac Deo dispensare non potest, ut homini liceret, non ordinare se habere ad Deum, vel non sibi ordini justitiae ejus. Ita S. Th. 1. 2. q. 100. a. 8. ad 2.

X. Dico tertio. Lex naturalis quoad aliqua precepta, & in aliquo particulari casu mutari potest per subtractionem materiae, mutatione tamen materiali. Dico quoad aliqua precepta. Quoad enim precepta sunt, que vel expresse jubent in una determinata materia id, quod conjunctam habet necessarium honestatem; vel expresse vitant id, quod est intrinsece malum, quocumque ita inevitabiliter conjunctam habeat turpitudinem; ut materia, in qua vestitur, sed secundum se, nec relate ad circumstantias admittit quatuor limitationem, exceptionem, aut mutationem. Et de his preceptis dico, nullo modo mutari posse, nec secundum se, nec ratione materiae, nec circumstantiarum; quia sunt ista: Deus esse colendus; Virtutes suas amplectenda; justitia esse servanda. Tempore vivendum est. Non est moriendum. Non peccandum. Non falsum testimonium dicendum.

VI. Loquor ergo de illis preceptis, que jubent honestatem, nec vitant turpitudinem, que fit in materia invariabili; & de his dico, mutari posse mutatione materiae. Et prob. Tunc lex mutatur per materiae subtractionem, quando materia, in quam cadebat legis obligatio, desinit esse materia legis: sed in aliquibus preceptis legis nature ita contingere potest; ergo &c. Min. probat. Lex naturalis statuit, quod bonum alieno invito domino non fit retinendum, sed restitutum: sed & tamen si mutetur materia, puta id, quod erat alienum, fiat proprium, ut contingit, cum possessor rei alteri prescribit, etiam antequam dominus inventus sit, potest secundum naturalem legem illud retinere. Item de lege nature est, quod depositum sit reddendum; si tamen deponens illud perat in damnum, vel sui, vel alterius, puta ad se, vel alium occidendum, mutatur materia legis, & depositum non est reddendum. Preceptum patitur naturalem est, non occidas; si tamen id fiat, vel mandato Dei, vel publica, ac legitima auctoritate, mutatur materia, & licita est occisio.

XII. Dixi tamen, in his, quibus similibus casibus mutari legem materieliter, seu mutari materiam legis, non vero legem ipsam formaliter. Nam lex natura formaliter considerata non fertur in rem absolute, & quasi abstracte, sed ut subest debitis circumstantiis: dicitur enim, rem alienam non esse invito domino retinendam, sed dum manet aliena: depositum esse restitutum, sed dum restituitur illud non cedit in damnum alterius: non esse occidendum, sed injulte, & sine legitima auctoritate. Non exiit pacem, dicitamen legis naturalis esse formaliter invariabile, & mutata materia legis legem formaliter invariabilem perseverare. Quapropter absolute pronuntiandum est, legem naturalem non mutari in seipsa, nec mutari posse.

S. II.

De Abrogatione, Interpretatione, & Epilepsia.

XIII. EX dictis plane constat, legem naturalem cessare non posse per abrogationem, sive irrationem. Si enim ex quo fundatur in natura rationali, & lumine recte rationis dicitur, ea esse proferenda, que invariabiliter sunt bona; ea vero fugienda, que invariabiliter, & necessario sunt mala; sequitur, quod sit invariabilis, & formaliter immutabilis: posteriori ratione sequitur, eam non posse abrogari auctoritate, sive ab homine; sive etiam a Deo, imo nec in ea dispensari, ut sequente Dubio dicemus. Tum etiam: nam si abrogari possit, vel hoc fieri posset ex defectu consensus ad ejus obligationem requisiti, vel per contrariam consuetudinem: atqui ut lex natura obligandi vim habeat non exigit hominum consensum; cum, ut dictum est, a nostre formationis primordio ab auctore nature in cordibus nostris sit scripta; dicitur Aug. l. 13. Confess. c. 23. Homo factus legis debet esse, non iudex. — Neque consuetudo in contrarium eam abrogare potest: ut enim ait Lactantius l. 6. de Instit. c. 8. Hic legi nec abrogari fas est, neque derogari ex hac aliqua licet, neque contra abrogari potest, nec vero aut per Senatum, aut per populum solvi hoc legi passimus. Neque est quatenus abrogatur, aut interpretatur aliter. Nec erit alia lex Romae, alia Athenis, alia nunc, alia post haec, & omnes gentes, & omni tempore una lex, & sempiterna, & immutabilis constituetur. Quare dist. 8. Cap. Qui conceptus dicitur (ex Aug. l. 3. de Bapt. contra Donat. c. 5. & 9.) in Evangelio Dominus, Ego sum (inquit) Veritas: non dixit, Ego sum consuetudo, lingua, virtute manifestata, edae consuetudo veritatis.

XIV. Dices. Est consuetudo prevalere debet lex nature; prava tamen consuetudo potest legem naturae a cordibus hominum aboleri.

Respondet D. Th. hoc q. 94. a. 6. legem nature non posse penitus aboleri juxta illud Augustini l. 2. Confess. cap. 4. Lex sua scripta est in cordibus hominum, quam nec ulla qui-

dem dolere iniquitas. Et hoc maxime quantum ad precepta communissima omnibus nota, & ingenita, que funditus deleri non possunt, nisi deleatur ipsa natura. Unde nullus rationis praedictus ignorare potest, quod vicia sint fugienda, & bona amplectenda, non esse alteri sciendum, quod sibi non vult fieri, & similia.

XV. Dicit tamen primo. Deleri posse in particulari operabili: secundum quod ratio impeditur applicare commune principium ad particulare operabile, propter concupiscentias, vel aliquam aliam passionem, ex qua contingit, quod homo agat oppositum principio universali: hoc est, quod impediende passione deleatur, id est, non ponatur in actu iudicium particulare praecum conforme principio universali, quod est deleri negative.

XVI. Dicit secundo. Quod quantum ad precepta secundaria potest lex nature de cordibus hominum deleri; sic ut eorum notitia prius habita obscuratur, vel etiam penitus extinguitur: vel propter malas persuasiones (eo modo, quo etiam in speculativis erroribus contingunt circa conclusiones corruptas) vel etiam propter prava consuetudines, & habitus concupiscentias sicut apud quosdam non reputantur laetitia peccata, vel etiam vicia contra naturam, ut etiam Apostolus dicit Rom. 1. Haec S. Thomas.

XVII. An vero lex nature admittit posse interpretationem? Respondeo affirmative. Cum enim non omnia legis naturalis precepta sint aequae nota, & aequae intellecta facilia; quaedam ex illis aliqua viri docti & prudentis interpretatione indigent, ut verus eorum sensus haberi possit. Exempli gratia: lex naturalis, que jubet servare secretum, eget aliqua interpretatione; cum ea non obliget in omni casu, in eo scilicet, in quo custodia secreti noceret Republicae. Et eadem ratione lex praecipiens alienum restitui, que intelligenda est si fieri possit absque periculo vite propriae, vel alterius; puta, si furiosus enssem suum repeteret ad occidendum; lex enim de reddendo alieno non obligaret.

XVIII. Utrum vero lex nature admittat potest Epilepsiam, vel aequitatem, vel moderationem, in quo divites invenio etiam Thomam invicem.

XIX. Respondeo, Epilepsiam stricte sumptam in lege nature locum habere non posse. Nam Epilepsia stricte sumpta est legis emanatio, ubi deficit propter universales, ut ait Phil. 3. Et hic. 10. Quia enim, ut docet D. Th. 1. 2. q. 120. a. 1. Humanitas aliter, de quibus leges leguntur, in singularibus continguntibus consensibus, que in his modis variari possunt, non sunt possibile aliquam regulam legis institui, que in nullo casu deficeret. Sed Legislatoris attentio ad ista, quod in pluribus accidit, secundum hoc legem ferentes, quam tamen in aliquibus casibus servare, est contra equalitatem justitiae, & contra commune bonum, quod lex intendit. Unde Epilepsia stricte dicta supponit defectum in lege, & casum a Legislatore non praevistum; & proinde mentem Legislatoris investiat, quam habuisset, si cogitasset: sed Deus legis naturae auctor omnes casus possibiles aeterna ac infinita sua sapientia infirme praevidit: ergo in ea locum non habet Epilepsia, sed simplex interpretatio. Et si occurrat casus, in quo lex natura, puta, de reddendo alieno, non sit servanda; interpretari debemus; hunc casum a Deo praevistum fuisse, & mentem illius fuisse pro hoc casu legem non ponere, sed illum excipere.

DUBIUM VI.

An Lex Natura admittat posse Dispensationem?

S. I.

Prænotantur aliqua.

QUIA superius diximus, precepta Decalogi sub lege nature contineri: ideo hic etiam inquirimus: an precepta Decalogi admittat posse dispensationem. Pro cuius intelligentia.

I. Noto: aliud esse legis irrationem, abrogationem, derogationem, declarationem, seu interpretationem, & dispensationem. Nam irritatio est, quando lex aboleatur, antequam perfecte obliget; quod tunc fit, quando plena, & perfecta legis obligatio pendet a voluntate alterius, qui illam non vult approbare: ut si oporteat legem latam a Republica approbari a Principe, vel vicissim legem latam a Principe, approbari a Republica; denegata tali approbatione, lex dicitur irritari. Hoc modo Pontifex censetur irritare legem in Concilio latam, si eam non approbet; & parens irritare votum filii impuberis, si contradicat. Abrogatio est, quando lex, que iam perfecte obligat, simpliciter tollitur, & aboletur. Sic lex Mosica quantum ad ceremonialia, & judicialia post adventum Christi fuit abrogata. Derogatio est, quando lex ex parte tollitur, & ex parte manet: ut sepe fit in legibus mixtis. Declaratio, seu ut alii volunt, interpretatio, est, quando declaratur, legem in aliquo casu non obligare. Dispensatio vero est, quando in aliquo casu, quo revera obligat lex, tollitur obligatio legis ab aliquo homine, vel Communitate in particulari, reliquis vel obligatione manentibus. Quare ait Divus Thomas in 2. dist. 44. quæst. 1. art. 3. quæstion. 4. ad 1. Jurista dicunt, quod dispensatio est communitatis juris relaxatio.

II. Non desunt, qui pro eodem accipiunt dispensationem & declarationem: sed minus recte. Primo. Quia dispensatio non

non potest fieri, nisi a Superiore. Unde Div. Thom. 1. 2. q. 97. a. 4. ad 3. *Sicut* (inquit) *in lege humana publica non potest dispensare, nisi ille, a quo lex auctoritatem habet, vel is, cui ipsa commissio: ita in preceptis juris divini, que sunt a Deo, nullus potest dispensare, nisi Deus, vel is, cui specialiter ipsa commissio: sed declaratio sepe fit ab inferiori, maxime quando ei liquida est; nam in re dubia potest Superior sibi reservare interpretationem legis. Igitur ad dispensandum requiritur potestas, & jurisdictionis, ad declarandum, doctrina, & prudentia. Unde Juris in suis commentariis declarant, & interpretantur Jus, non super illud dispensant. Secunda, Tunc locum habet dispensatio, quando lex viget, & obligat; tunc declaratio, quando putatur, non obligare: nam dispensatio relaxat obligationem, declaratio ostendit legem non obligare. Tertia, Dispensatio requirit, ut maneat materia, & circumstantia, sub quibus lex ante obligabat: declaratio, ut mutata sit. Quod clare ostendi potest in lege de jejuniis quadragesimali. Nam illa lex obligat hominem Christianum, ut abstineat ab esu carnis; cum hac duplici circumstantia, si nimirum sit sanus, & habeat alios cibos, quibus alii possit. Quamdiu igitur manent he circumstantia: lex obligat; & nemo potest eximi ab illius obligatione, nisi per dispensationem Superioris, vel illius delegati. Si autem mutantur circumstantia, puta, si de sano fiat æger, ut juvari non possit, nisi esu carnis, aut si præter carnes nihil adferat, quo vita sustentetur: jam locum habet declaratio, non autem dispensatio: quia in tali casu declaratur, legem non obligare. Nunc ad rem veniendo.*

III. Dissident in hac Doctores. Cum enim ex præceptis Legis naturæ aliqua in Decalogo continentur, alia extra Decalogum, quidam censent, Deum posse in utriusque dispensare. Ita Ochamus, Gerson, & Almyaus: putant enim furtum, adulterium, mendacium, ac similia, ideo solum esse mala, quia a Deo prohibita; ac proinde fieri posse, ut Deus ea alicui non prohibeat, & sic illam a lege naturali dispense. Alii distinguunt. Quidam excipiunt omnia præcepta Decalogi: in his, ajunt, Deum non posse dispensare, in aliis potest. Ita Scotus, Bellarminus. Durandus putat, posse a Deo dispensari in duobus, nempe, *Honora Patrem tuum. Non occides.* Alii distinguunt in Præceptis Decalogi præcepta primæ tabulæ, & secundæ, & dicunt: in præceptis primæ tabulæ nec a Deo dispensari posse, excepto præcepto de sanctificatione Sabbati: in aliis potest. Quorum autem sunt præcepta primæ tabulæ, quænam secundæ, tempore D. Augustini dubitatum fuit. Quidam enim (ut ait Q. 71. in Exod.) quatuor priora, quæ Deum respiciunt, in prima tabula descripta fuisse, dicebant; sex autem posteriora, quæ respiciunt homines, ad secundam tabulam pertinere. Alii tria priora ad primam tabulam, septem posteriora ad secundam pertinere putabant. Notat tamen S. Doctor, qui dicitur præcepta primæ tabulæ quatuor esse, septemque ad secundam. *Ut non erunt tibi Dii alii præter me; ut aliud præceptum sit: Non facias tibi idolum, ubi signentur colenda prohibentur. Ut autem volunt esse: Non concupiscas uxorem proximi tui, & omnia usque in finem. Qui vero illa tria esse dicunt, & ista septem, nunquam velum esse, quodquid de uno colendo Deo præcipitur, ut aliud præter illum pro Deo colatur. Hac autem extrema in duo dividunt, ut aliud sit: Non concupiscas uxorem proximi tui, aliud, Non concupiscas domum proximi tui. Decem tamen esse præcepta nunc ambigunt, quantum hoc Scriptura testatur. Hæc S. Augustinus. Præceptum dividendi modum, amplectuntur Calvinus l. 2. in Epist. c. 8. §. 12. ac ceteri Acatolici; ut in de cultum Sacramentum Imaginum apertè ac singulari præcepto veritatem ostendant. Posteriorum sequuntur Catholici cum Augustino, citato loco concludente: *Abi tamen videtur, cognoscitur accipi tria illa, ista septem.* Hoc posito, Scotus cum sua schola censet, in duobus quidem prioribus præceptis, quæ negativa sunt, dispensari a Deo non posse, in cæteris autem posse. S. Thomas vero, & ejus discipuli communiter censent, in nullo legis naturæ præcepto, sive in Decalogo contenta, sive extra illum, dispensari posse sive ab homine, sive a Deo.*

§. II.

Resolutio prior.

IV. Deo. Nulla potestas humana, sive Ecclesiastica, sive civilis dispensare potest in his, quæ sunt de jure naturæ.

Prob. Ligatus à potestate superiori non potest à potestate inferiori absolvi, & dispensari: sed homo per legem naturalem est ligatus à potestate superiori, nempe, a Deo auctore illius, qui est superior omni potestate creata; ergo non potest ulla potestate creata, & humana absolvi, ac dispensari.

V. Secundo, Ipsum Principes, & Ecclesiarum Præsules tenentur præceptis legis naturæ; his enim omnis homo rationis compos obligatur, & maxime hi, qui præcipue ratione, & prudentia polleere debent; ut alios debito dirigant, & ordinent; sed qui subduntur, & tenentur observare præcepta, non possunt ab eorum observantia alios dispensare; ergo &c.

VI. Tertio, Si Pontifices, & Principes possent in aliquibus præceptis, quæ vel sunt de jure naturæ, vel ad illud spectant, dispensare; maxime id possent in præceptis secundæ tabulæ; sed id non possunt: alias possent dare potestatem fornicandi, & interficiendi innocentem, aliena bona usurpandi &c. ergo &c.

VII. Dices primo, Summus Pontifex dispensat interdum super residentia Pastorum, quæ vel est de jure naturali, vel saltem divino positivo, ut statuit Concil. Trid. sess. 23. c. 1. de Reform. — Secundo. De jure naturæ est, ut, qui vivit, reddat Domino, quæ vovit; sed Summus Pontifex dispensat in votis; ergo &c. Tertio, Sanctificationis diei festi est de lege naturalis, sed Summus Pontifex, imo alii Præsules in ea sepe dispensant, & humana auctoritate dispensatum fuisse, legitur 1. Machabæorum 2. v. 41. *Omnia homines, qui venissent ad nos in bello die sabbatorum, supervenimus ad eos.* Quarto, Summus Pontifex dispensat etiam super gradus matrimonii prohibitos, Levitici c. 20. ergo similiter dispensare potest in præceptis juris naturalis.

VIII. Respondeo ad singula. Ad primum quidem, vel nego, residentiam personalem Episcoporum esse de jure naturali, aut divino. Neque enim hoc statuit Concilium: fœdit quidem, de jure divino esse, quod Episcopi, quos Spiritus Sanctus possit regere Ecclesiam Dei, facti forma grægis in judicio, & veritate pascant presentia personali, licet videatur deduci, expresse tamen non dicit: imo ibi loquens de residentia personali, eos quidem ad illam obligatos decernit, sed quod jure, an naturali, vel divino non statuit; qui potius declarat, quibus de causis iuste a suis Diocesis abesse possint.

IX. Attamen dato, Episcopos jure naturali, sive divino ad residentiam teneri, dist. ant. Dispensatio dispensatione proprie dicta, quæ, stante obligatione, & debito personalis residentie, illam a residentia eximat, nego ant. Dispensatio improprie dicta, seu potius declaratio, quæ iustus de causis declarat, ad residentiam personalem eum non obligare, conc. ant. Et eodem modo respondeo ad 2. de voto, & ad tertium de Sanctificatione diei festi. Cum enim Pontifex, vel Ecclesia in dictis casibus dispensare dicitur, sensus non est, quod remaneat debito personalis residentie, remanente voti obligatione, remanente lege de sanctificatione diei festi, aliam particularem personam eximat ab obligatione, sive residentie, sive voti, sive sanctificationis diei festi: sed sensus est, quod Pontifex, vel Ecclesia declarat, Pastorem residentiam, voti redditionem, sanctificationem diei festi non esse in quibusdam casibus particularibus materiam legis præscriptis ei. Sui clarior: declarat legem naturalem, seu divinam non præscribere pastorem personalem residentiam, eum eos alio vocat, vel utilitas publica, aut necessitas communis; declarat, vororum redditionem non præscribi, cum reddito nocet, aut voventis fatui, aut communi Republica bono: declarat, quod lex de sanctificando die festo non vetat opera servilia, cum ad vite conservationem necessaria sunt. Unde D. Th. hac 1. 2. q. 100. a. 3. ad 4. exponens textum allatum ex 1. Mach. ait: *Quod illa exceptio magis fuit interpretatio præcepti quam dispensatio. Non enim intelligitur violare Sabbatum, qui facit opus, quod est necessarium ad salutem humanam, sicut Dominus probat Matthei. 12.*

X. Hoc idem de dispensatione in voto docet S. Th. 1. 2. q. 88. a. 10. ad 2. his verbis: *Cum dispensatur in aliqua lege humana, non fit, ut legi humana non obediant, quod est contra legem naturæ, & mandatum divinum; sed fit, ut hoc, quod erat lex, non sit lex in hoc casu. Ita etiam auctoritate Superioris dispensantis fit, ut hoc, quod continentur sub voto non continentur, in quantum determinatur in hoc casu, non esse cogendum materiam voti. Et ideo cum Præsules Ecclesiæ dispensent in voto, non dispensant in præcepto juris naturalis, vel divini; sed determinant, in quibus casibus sub obligatione delationis humanæ, quæ non vincit omnia circumspiciunt.*

Et hac 1. 2. q. 100. art. 8. ad 3. Sic legitur (inquit) præcepta ipsa Decalogi quantum ad rationem justitiæ, quam continent, immutabilia sunt; sed quantum ad aliquam determinationem per applicationem ad singulares actus (ut scilicet hoc, vel illud sit homicidium, furtum, vel adulterium, &c. non) hoc quidem est mutabile; quandoque sola auctoritate divini, in his scilicet, quæ a solo Deo sunt instituta, sicut in matrimonio, & in aliis hujusmodi; quandoque etiam auctoritate humana, sicut in his, quæ sunt commissa hominum justitiæ; quantum enim ad hoc homines gerunt vice Dei, non autem quantum ad omnia.

XI. Ad quartum de dispensatione super gradus matrimonii, dico, Pontificem dispensare in gradibus prohibitis lege humana Ecclesiastica, non lege divina. Nam determinatio graduum, in quibus prohibita fuerunt conjugia in Levitico, non fuit lex moralis, sed judicialis data a Deo pro solo populo Judaico, quæ ad Christianos quoad omnia trahi non debet, de quo egimus in *Verba Ecclesiæ Tom. 1. cap. 13. tota §. 3.*

XII. Dices secundo, & replicabis contra superius dicta. Si Pontifex dum dispensat in votis, vel aliis jure naturæ obligantibus, proprie non dispensat super jus naturæ, sed declarat solum, stante tali causa, jus naturæ non obligare frustra ad ipsum recurrunt. Nam vel illa causa solvit obligationem juris naturalis, vel non solvit. Si non solvit; ergo Pontifex proprie dispensat super obligationem legis naturalis. Si solvit; fructus ad eum recurrunt pro solvenda obligatione, quæ jam nulla est.

XIII. Confitem. Pontifex æque utitur verbo *dispensandi*, dum solvit ad obligationem voti, ac quando dispensat super lege a se posita; sed dum utitur hoc verbo super lege a se posita, proprie solvit obligationem legis; ergo pari ratione &c.

XIV. Respondeo, causam illam, si sit legitima, vel solvere obligationem legis naturalis; adhuc tamen recurrendum esse, non ut

non ut Pontifex eam solvat, sed ut causa cognita, eam solutam declarat. Quemadmodum enim, licet aliquis revera certus esset, quod res, quam proximus detinet, ad se pertinet, non potest tamen aliquando licite auctoritate propria eam sibi vindicare; sed ad id esset postulanda, & expedienda sententia judicis: ita estsi aliquis esset certus, se habere sufficientem causam, cur censetur solutus ab obligatione voti perfolvendi; non tamen deberet vocem fingere, donec exposta causis coram Summo Pontifice, cum Ecclesie Supremo Capite, ejus declarationem haberet, cum sibi, & Ecclesie consistat, ipsum ad voti solutionem amplius non teneri.

XV. Ad Conf. nego Conf. Nam verbum *dispensa* est æquivoquum. Interdum enim significat quemcumque ad Superiorem, quo aliquid fit, ac cognoscitur esse licitum, quod alias illicitum esset, aut cognoscitur: sive interim ille actus sit proprie dispensatio, sive sola declaratio. Hoc enim pensandum est ex materia, supra quam cadit; si enim cadat supra materiam pleno jure ipsi subjectam, sumitur pro dispensatione strictè tali: si autem cadat supra materiam juris naturæ, quæ nulli potestati hominis subijcitur, sumitur pro sola declaratione.

XVI. Verum quidem est, Pontifici competere jus collatum a Christo D. Petro, Matth. 16. v. 19. *Quodcumque solveris super terram, erit solutum in Cælis.* Sed hoc esse intelligendum in materia determinata, non in quacumque, & ex eo constat; quia alioquin potest Summus Pontifex dispensare etiam ab obligatione veritatis dicende, eliciendi amoris Dei, & sicque efficiere, ut mendacium, odium Dei, & perjurium essent licita, quod ut dicemus, neque Deus efficiere potest. Dedit et Christus potestatem solvendi, & ligandi, sed a peccatis, at nec hoc quidem, nisi iusto judicio, & suspensa idoneitate eorum recipientium, ut docet D. Th. in 4. dist. 18. q. 1. a. 1. q. 3. Multo minus autem hoc convenire potest Imperatoribus, qui licet habent supremam potestatem in temporalibus; non possunt tamen solvere obligationem subditorum in promissis, patris &c. & oppositum irritum declarat in Clem. *Pastoralis sit in judicio.* Et hoc hac ratione: *Cum illa imperatori solvere non liceat, quæ juri naturali existant.*

§. III.

Resolutio posterior.

XVII. Deo. Neque a Deo potest proprie dispensari in ulla lege naturali, sive sit in Decalogo, sive extra Decalogum. Est contra Ochamum, ex parte etiam contra Scotum. Eam tamen expresse docet D. Thom. hac 1. 2. q. 100. art. 8. & in 3. dist. 37. quæst. 1. art. 4.

Probatur. Dispensare in lege, nihil est aliud, quam concedere alicui, ut agat contra legem, quando lex viget, & obligat; seu, ut agat contra legem, manentibus materia, & omnibus circumstantiis, sub quibus lex viget, & obligat: Deus non potest alicui concedere, ut manentibus materia, & omnibus circumstantiis, sub quibus lex naturalis viget, & obligat, agat quis contra eam; ergo non potest dispensare in lege naturali. Major ex sepe dictis constat. Min. vero prob. Quodquid fit contra legem naturalem, quatenus viget, & obligat, hoc intrinsece malum, ac turpe est; ergo non potest fieri licitum, & honestum per dispensationem.

XVIII. Confirmitur: Lex naturalis nihil aliud est, quam naturale dictamen recte rationis; ergo quodquid est conforme legi naturali, est conforme recte rationi: ac vicissim quodquid est difforme legi naturali, est difforme recte rationi. Ulterius: Quodquid est conforme recte rationi, hoc ita bonum est, ut non possit fieri malum, quando manent illæ circumstantiæ, secundum quas est bonum, & similiter quodquid est difforme recte rationi, hoc ita malum est, ut non possit fieri bonum, quando manent illæ circumstantiæ, secundum quas est malum: sed quodquid fit contra legem naturalem, est difforme recte rationi; ergo quodquid fit contra legem naturalem, hoc ita malum est, ut non possit fieri licitum per dispensationem.

XIX. Probatur secundo, & magis urgentur dicta. Materia præceptorum naturalium est, secundum debita, ut fiat, vel debita, ut non fiat; ergo super illa cadere non potest dispensatio. Antec. prob. Nam hæc est differentia inter materiam legis naturalis, & materiam legis positivæ; quod materia legis naturalis suapte natura est debita, ut fiat, quia intrinsece bona, vel debita, ut non fiat, quia intrinsece mala, etiam si nullum adesset præceptum: ideoque dicitur præcepta, quia bona; & prohibita, quia mala: materia vero legis positivæ est debita, ut fiat, quia debita, vel debita, ut non fiat, quia prohibita; ideoque remoto præcepto sua natura nec bona est, nec mala, sed indifferentis. Conseq. prob. Alioquin sequeretur, unum, & idem habere inseparabiliter rationem debiti, ut fiat, vel non fiat, & esse inseparabiliter non habere.

XX. Probatur tertio ratione D. Thomæ 1. 2. q. 100. a. 8. Præcepta, quæ continent lapsum intentionem Legislatoris, sunt omnino indispensabilia. Nam tunc in præceptis debet fieri dispensatio, quando occurrat aliquis particularis casus, in quo si verbum legis observaretur, contrariaretur intentioni Legislatoris: sed præcepta decalogi continent intentionem Legislatoris; ergo &c. Min. prob. Intentio Legislatoris cujuslibet ordinatur primo ad bonum commune, secundo ad ordinem justitiæ, & virtutis, secundum quem bonum commune conservandum boni communis, vel ipsum ordinem justitiæ, & virtutis: tria enim priora continent ordinem ad bonum commune, & finale omnium, qui est Deus; reliqua vero con-

tinent ordinem justitiæ inter homines observandæ, ut scilicet cuique reddatur debitum, & nulli fiat indebitum: ergo omnia continent intentionem Legislatoris, & proinde sunt indispensabilia.

XXI. Explicatur magis hæc ratio. Lex naturalis, & Decalogi continent præcepta dupliis generis; affirmativa, quibus aliquid præcipitur; & negativa, quibus aliquid prohibetur, neutra autem sunt dispensabilia. Nam affirmativa continent id, quod naturaliter justum est, hoc est, justitiæ legis conformem: negativa vero, quod est naturaliter iniustum, hoc est, quod repugnat justitiæ legis: atqui Deus, qui est sua justitia, dispensando approbare non potest, ne fiat, quod justum est, aut ut fiat, quod injustum est; alias ageret contra seipsum, & contra legem æternam, quæ jubet, ut omnia fiant ordinatissime, & secundum justitiæ leges, sive in ordine ad Deum, sive in ordine ad homines, & oppositum vetat; ergo &c. Deus ergo sicut *Abolus dicit* a. ad Timoth. 2. fidelis permanet, negare seipsum non potest: *Negare autem seipsum, si ordinem sui justitiæ auferat, cum ipse sit sui justitia.* Et ideo in hoc Deus dispensare non potest, ut homini licent, non ordinare se habere ad Deum, vel non sub diti ordini ordinantur. Ita D. Thom. citato loco ad 2. Ex quibus formatur hæc ratio. Omnia præcepta Decalogi hominem dirigunt, ut vel ordinate se habeat ad Deum, vel servet ordinem justitiæ: sed Deus dispensare non potest, ut homini licent, non ordinate se habere ad Deum, & non sub diti ordini justitiæ ejus, cum ipse fit sua justitia; ergo Deus in nullo ex præceptis Decalogi dispensare potest, alius dispensat, ut licite ageret contra seipsum, id est contra Deum.

§. IV.

Fundamenta Adversariorum contra hæc secundam Assertionem.

XXII. Objicies primo pro Ochamo: Deus potest præcipere odium sui: id enim non implicat contradictionem; ergo etiam dispensare potest in lege naturali, etiam quoad præcepta, quæ dicuntur primæ tabulæ.

XXIII. Secundo. Deus non minorem habet potestatem in suis legibus, quam Legislatores humani habeant in suis; atqui Legislatores humani habent potestatem in omnibus suis legibus dispensandi, ergo & Deus in omnibus suis legibus etiam naturali, & Decalogi.

XXIV. Tertio. Si Deus in suis præceptis dispensare non potest, hoc ideo est, quia decrevit in illis non dispensare; ergo absolute potest in omnibus dispensare. Ant. videtur esse D. Thom. supra ludati hoc art. 8. ad 2. dicentis Deum non posse in sua lege dispensare, quia *Fidelis permanet, & seipsum negare non potest.*

XXV. Respondeo ad primum, neg. ant. & ejus probationem. Nam Deus cum sit sua justitia, concedere non potest, & approbare id, quod est essentialiter injustum, ut est revera odium Dei: repugnat enim æternæ Dei legi, quæ præscribit, ut creatura sui Creatori subijcitur per amorem: ita ut sit extra ordinem, quem lex æterna immutabiliter conservari jubet, si alteri a Deo sese per amorem dominantem subijcitur.

XXVI. Ad secundum, neg. conseq. Omnes enim leges humane, utpote positivæ, non continent intrinsecam justitiam, sicut continet lex naturalis: & ideo Deus in ea dispensare non potest, non ex defectu potestatis, sed propter ipsam rei impossibilitatem, sicut non potest creare impossibile. Quare D. Thom. 1. 2. q. 25. art. 3. *En vero (inquit) quæ contradictionem implicat sub divina omnipotentia non continentur, quin non possunt habere possibilitatem rationem. Unde contententur dicitur, quod ea non possunt fieri: quomodo quod Deus non potest facere.* Ut ergo positivæ crearetur; debere sic dici. Non minoris potestatis est Deus in suis legibus positivis, quam sint homines in suis: sed homines in suis legibus positivis dispensare possunt; ergo & Deus in suis. Alioquin syllogismus erit in quatuor terminis, & nihil concludet, quia a legibus positivis fit transitus ad legem naturalem.

Respondeo secundo, neg. min. Ut enim docet D. Th. hoc art. 8. *Si poneretur hoc præceptum in aliqua Communitate, quod nullus destrueret Republicam, neque praderet civitatem hostibus; suo quod nullus faceret aliquid injuste, vel male, hujusmodi præcepta essent indispensabilia, quia continent intentionem Legislatoris: sed hujusmodi sunt omnia præcepta legis naturalis; ergo &c.*

XXVII. Ad tertium, nego ant. Cum enim S. Thom. hic ad 2. docet, Deum non posse dispensare in lege naturæ, quia fidelis est, & seipsum negare non potest; non intendit, ideo dispensare non posse, quia promissit, vel statuit non dispensare: sed quia, ut ibi dicit, cum se ipsum negare non possit, hoc est, justitiam, & ordinem justitiæ; non potest dispensare in legibus, quæ ordinem justitiæ sive ad se, sive ad homines continent: alias dispensando in illis, ordinem justitiæ lateret, ac se ipsum, qui justitia est, negaret.

XXVIII. Sed replicabis, Si Deus non possit absolute dispensare in præceptis legis naturalis, necessario teneretur velle, licitum non esse colere idola, non licere machari, furari, & similia: sed Deus non necessitatur ad volendum aliquid extra se ipsum; ergo &c.

XXIX. Respondeo, dist. min. Ad volendum quoad existentiam, conc. minor. in hypothet. quod existat, nego minor. Sicut ergo Deus esto non necessitatur ad volendum, quod homo existat; posito tamen, quod existat, necessario vult exist-

